



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Vanitas vanitatum et omnia vanitas. dicit Ecc[lesiast]es

...

Jacobus <de Gruytrode>


[Speyer], 1490

urn:nbn:de:hbz:466:1-30773



~~14~~
~~15~~

J 42



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.

Vanitas vanitatum et omnia vanitas. dicit **Ecc̄s.** **Q**uoniam ut ait egregius doctor beatus Gregorius. Non est deo acceptabilius sacrificium quam animarum zelus sine amor. ideo ex diuersis auctoritatibus ecclesiasticorum doctorum partem tractatum in unum collegi: ut peccatrix anima deuians per has sanctas auctoritates et ammonitiones ad viam veritatis et iusticie: vnde sicut onis que perierat multum errauit: spiritu sancto aspirante iam diuinitus reuocetur et ut homo peccator statum suum cognoscens periculosum: erroneum et immundum: tactus dolore intrinsecus ad deum se conuertat. conuersus penitentiam agat: ac sic tandem cum omnibus sanctis vitam eternam obineat. **S**iquidem ut dicit **Crisostomus:** Hunc precipue multis illudit vanitas vanitatum et omnia vanitas. Hunc versiculum si saperent qui in diuitiis et delictis versantur: in parietibus omnibus et in vestibulis suis scriberent in domo: in ianuis: in ingressibus: et ante omnia in conscientiis suis: ut eum semper cum oculis tenerent et corde sentirent. **Q**uoniam quidem multe sunt facies: multe imagines false que recipiunt incautos. **O**portet ergo quotidie istud salutare carmen in prandis: in cenis: et in omni conuentu unumquemque proximo suo canere: et a proximo audire libenter: quia vanitas vanitatum et omnia vanitas propter amare deum et illi soli seruire. hec **Crisostomus.** **C**ontinebit autem presens tractatus septem capitula iuxta septem ferias ebdomade. ita ut peccatrix anima peccatis deturpata qualibet die speciale capitulum tanquam nouum speculum accipiat: in quo faciem suam consideret. **P**rimum capitulum erit de vilitate et miseria hominis. **S**ecundum de peccato in communi et quantum pro peccatum incurrimus spiritualia detrimenta siue damna. **T**ercium de penitentia cito facienda. **Q**uartum de mundo fugiendo et odiendo. **Q**uintum de caducis mundi diuitiis et falsis eius honoribus: potentiis dignitatibusque contemnendis. **S**extum de morte semper ubique cauenda et expectanda. **S**eptimum et vltimum erit de gaudiis paradisi: et penis inferni.

A

De vilitate et miseria hominis. Primum capitulum.

Verba Hieremie p̄phe. Quare de vulua matris egressus sum vt viderem laborem et dolorem: et consumerentur in confusione dies mei? Si talia loquitur de se ille quem sanctificauit deus in vtero matris sue: qualia loquar de me quem mater mea genuit in peccato. **Bernhardus?** Scide cognoscere te ipsum: quia multo melior et laudabilior es si teipm cognoscis: q̄ si te neglecto cognoueris cursus syderum: vires herbarum. complexiones hoim: naturas animalium: et haberes oim celestium et terrestriu scientiam. Attende ergo diligenter o homo quid fuisti ante ortum: et quid es ab ortu vsq; ad occasum: et quid eris post hanc vita. Profecto fuisti spurcissimu sperma et vile semen: conceptus in putredine carnis: in seruoze libidinis: in fetore luxurie et quod deterius est in labe peccati. Sed et attende quo cibo in vtero materno nutritus sis. Profecto sanguine menstruoso qui cessat in femina post conceptum: vt ex eo nutriatur coceptus in vtero. Qui quidem sanguis fertur esse tam detestabilis et immundus vt eius contactu fruges non germinent: arescant arbusta: moriantur herbe: amittat arbores fructus: si canes inde p̄mederint in rabiem efferuntur. Postea plorans et ciuilans traditus es huius mundi exilio: ad laborem timorem et dolorem ⁊ quod grauius est ad mortem. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre que ceteris est indignior elementis. Planetas et stellas fecit ex igne: Flatus et ventos fecit ex aere. pisces et volucres celi ex aqua. hominem et iumenta fecit de terra. Considerans igitur aquatica te vilem inuenies. considera aerea te viliozem agnosces. considerans ignea te vilissimum reputabis. Nec valebis te parificare celestibus: nec audebis te preferre terrenis quia parem te iumentis inuenies: similem te recognosces. Unus est enim hominum et iumentorum interitus: et equalis vtriusq; conditio: cum nihil habeat homo amplius iumento. De terra orta sunt et in terram pariter reuertentur. Verba sunt ista non cuiuslibet hominis sed sapientissimi Salomonis. Sic ergo homo quantumcunq; nobilis diceris: ad hunc mundum venisti: nunc

memor es q̄ vilis origo tui. **Versus.** Forma fauor populis
feruor iuuenilis opesq̄. **S**ubripuere tibi: noscere quid sit ho
mo. **N**unc attende secundo o homo quid es. **A**udi de hoc
stellam doctorum Augustinum de seip̄o ita dicentem. **D**eu
miser quid sum ego? **S**um vas sterquilini: concha putredi
nis: plenus fetore et horrore: cecus: pauper: nudus: plurimis
necessitatib; subditus: ignorans introitum et exitum meum
miser et mortalis: cuius dies sicut umbra pretereunt: cuius
vita sicut luna euanescit: sicut flos in arbore crescit et statim
marcescit. **S**um terra miserie: filius ire: vas aptum in conta
miam: genitus per immundiciam: viuens in miseria: mori
turus in angustia. **I**tem **B**erñ. **Q**uid aliud est homo q̄ sper
ma fetidum: saccus stercoreum: cibus vermium? **S**i diligen
ter consideres quid p̄ os et nares ceterosq̄ corporis tui mea
tus egrediatur: vilius sterquilinum nunq̄ vidisti. **I**n nocen
tius papa. **O** vilis conditionis humane indignitas: herbas
et arbores inuestiga. **I**lle de se pducunt flores: frondes: fru
ctus: et tu de te lendes pediculos et lumbricos. **I**lle de se fun
dunt oleum vinũ et balsamũ: et tu de te sputum vrinã et ster
cus. **I**lle de se spirant suauitatẽ odoris: et tu de te reddis abo
minationem fetoris. **Q**ualis est arbor: talis est fructus eius.
Non enĩ p̄t arbor mala fructus bonos facere. **Q**uid enĩ est
homo sc̄dm formam nisi arbor euersa cuius radices sunt cri
nes. truncus est caput cũ collo. stipes est pectus cũ alis. rami
sunt vlne cum tibis. frondes sunt digiti cum articulis. **H**o
mo est foliũ qđ a vento rapitur: et stipula que a sole siccatur.
Unde bñs Job ait. **H**omo natus de muliere breui viuens
tempore: repletur multis miseris. **Q**ui quasi flos egredit et
conteritur: et fugit velut umbra: et nunq̄ in eodem statu per
manet. **H**inc et deus inquit ad hominẽ. **L**inis es: et in cine
rem reuerteris. **E**t Job dicit domino. **V**emento q̄ sicut lu
tũ feceris me: et in puluerẽ reduces me. **Q**uid ergo lutũ sup
bis? **D**e quo puluis extolleris. **U**nde cinis gloriaris. cuius
cõceptio culpa est. nasci pena. labor vita. necesse mori? **B**er
nardus. **C**ur carnẽ tuã p̄ciosis reb; impinguas et adornas
quã post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro:

animam vero tuam non ornas bonis operibus: que deo pre-
sentanda est et angelis in celis. Quare animam tuam vilipendis et
ei carnem, proponis? **D**nam ancillari et ancillam dñari magna
abusio est. **A**ug⁹. **A**nima habes inimicum domesticum: ami-
cum aduersarium: qui malum pro bono reddit: et sub specie ami-
citiæ crudelior existens inimicus. **H**ic hostis est caro tua infe-
lix et misera: multum tibi dilecta. **H**anc cum parauisti: inimi-
cum pessimum contra te erexisti. **H**anc cum ornasti: hostem crude-
lissimum contra te armasti. **H**anc cum foras varijs et preciosis in-
dumentis induisti omnibus celestibus ornamentis te spoliasti.
Considera tercio attente o peccator quid eris post hanc vitam
Eris reuera cadaver miserum et putridum: et cibus vermium. **I**n-
spice sepulchra eorum qui morte corporis hinc exierunt: et nihil in-
uenies nisi cinerem: vermem et fetorem: et horrorem. **Q**uod tu es
illi fuerunt: et quod ipsi sunt: tu eris. **H**omines fuerunt sicut tu: com-
ederunt biberunt riserunt. duxerunt in bonis dies suos: et in pu-
cto ad inferna descenderunt. **H**ic caro eorum vermibus: et illic anima
ignibus deputatur: donec rursus infelici collegio colligati sem-
piternis inuoluantur incendijs qui socij fuerunt in vicijs. **U**na
namque pena implicat quos vnus amor in crimine ligat. **Q**uid
profuit illis inanis gloria: breuis leticia: mundi potentia: carnis
voluptas: false diuitie: magna familia: et mala concupiscentia
Ubi risus: ubi iocus: ubi iactantia: ubi arrogantia? **D**e tanta
leticia quanta tristitia. post tantillam voluptatem tam grauis
miseria. de illa exultatione ceciderunt in grandem ruinam: et ma-
gna tormenta. **Q**uicquid illis accidit tibi accidere potest: quia ho-
mo es de humo: limus de limo. **D**e terra es: et de terra uiuias:
et in terram reuerteris. quando ueniet dies ultima que subito ueniet: et
forsitan hodie erit. **T**ertium est enim quia morieris: sed incertum est
quando aut quomodo vel ubi: quoniam mors ubique te expectat. tu quod si sapi-
ens fueris ubique eam expectabis. **D**e his etiam mundi amatoribus
sic dicit **I**sidorus. **D**ilicissimi mihi pesare debemus quia breuis est huius
mundi felicitas que modica est huius seculi gloria: que caduca et
fragilis est temporalis potentia. **D**icat que poterit: ubi sunt reges: ubi
principes: ubi impatores: ubi rerum locupletes: ubi potentes
seculi: ubi diuites mundi? **Q**uasi umbra transferunt: et velut

somnum euauerunt: queruntur et nō sunt. **Q**uid dicemus
ad hec? **R**eges obierūt et principes mortui sunt multi tñ pu
tant diu uiuere: et q̄si nūc̄ morte cadere de p̄nti vita. **C**erte
nō sic impij nō sic. **V**os aut̄ sicut hoīes moriemini: et sicut
vnus de principibz cadetis. **A**dhuc de conditōne hoīs post
mortem sic dicit **B**erū. **Q**uid fetidius humano cadauere?
Quid horribilius mortuo hoīe. cui⁹ in vita erat gratissimus
amplexus: fit in morte horribilissimus aspectus. **Q**uid ergo
p̄sunt diuitie: quid delitie: q̄d honores? **D**iuitie nō liberant a
morte: nec delitie a vermibz: nec honores a fetore. **I**tem dicit
Arisost. de eodē sic. **Q**uid p̄fuit illis qui in luxuria corpis: et
in p̄ntis vite voluptatibz vsq; ad diē vltimū p̄manserūt? **I**n
tuere nūc sepulchra eoz: vide si est aliq̄d iactantie vestigium
in eis: si aliq̄ diuitiaz vel luxurie signa p̄gnoueris. **R**equire:
vbi nūc vestes et ornamenta pulcherrima: vbi nūc ⁊ specta
culozū voluptas: vbi assiduaz turbe et cōuinioz cessit opu
lentia. **R**isus: iocus ⁊ immoderata atq; effrenata leticia. quo
abijt quo recessit? **U**bi illa nūc: et vbi ipsi? **Q**uis finis vtroz
runq;? **I**ntuere diligenter ⁊ accede p̄pius ad singuloz sepul
chra. **V**ide cineres solos: et fetidas vermū reliquias: et recor
dare hunc caroꝝ esse finē: etiā si in leticia et delitijs: etiā si in
labore et cōtinentia transegerūt hic vitam. **E**cce dilectissi
me mihi iam legisti: iam vidisti in hoc capitulo ex verbis san
ctorum quid fuisti ante ortū: quid es in p̄nti vita: et quid eris
post hanc vitā. **A**nimā circa hec tria iugi meditātōe verferis.
Infelices quippe filij **A**dā omīssis veris et salutaribus stu
dijs: caduca potius et transitoria querūt. **S**ed tu charissime
ruminās in corde vilitatē tuā ⁊ miserā scōm exteriorē hoīez.
sectare humilitatē: fuge supbiam: sciens q̄ supbia est signum
quo diabolus distinguit suos ab alijs. **U**n̄ **J**ob. xli. **I**psē est
rex sup omēs filios supbie. **U**bi **B**regori⁹. **E**uidētissimū si
gnum reproboꝝ supbia: electoꝝ hūilitas. q̄d si quis habeat
cognoscitur sub quo rege sit vel militet: scz vtrū sub rege chri
sto: an diabolo. **I**sidorus. **A**īa supbi a deo derelinquitur: et
fit demonū habitaculū. **E**cclī. x. **O**dibilis deo ⁊ hoībz super
bia. **U**t p̄t̄ qz supbia luciferū de celo eiecit: **A**dā de paradiso

repulit. Pharaonē z exercitū eius submersit Saul de regno eiecit. Nabuchodonosor in bestiam transmouit. Propter supbiam Antiochus male mortuus est. Herodes ab angelo percussus.

De peccato in cōmuni: et quanta per peccata incurrimus spiritualia detrimenta. **S**ecundum capitulum.

Qui facit peccatum a diabolo est qui peccat ab initio. **S**cribitur in p̄ma Canonica Joh. iij. c. Peccatū est **Q**onus graue qđ celū nō sustinet: nec terra vltimo sustinebit: sed descēdet in inferno cū factore suo. Et sciendū scđm Aug. qđ pctm̄ est om̄e dictū factū. vel p̄cupitū p̄tra legē dei. Debet autē q̄libet bonus christianus qđ saluari desiderat summo studio z summa diligētia om̄e peccatū vitare. et hoc p̄cipue p̄pter tria. videlicet **P**rimo: qz deo summe displicet. **S**ecundo qz diabolo valde placet. **T**ercio qz hoī summe nocet. **D**ixi tibi p̄mo o hō: qđ debes vitare summa diligētia om̄e peccatū qz deo creatori tuo summe displicet. **A**d hoc sciendum: debes cogitare qđ deus fecerit p̄pter odiū pcti. Ipse enī p̄pter pctm̄ fere semel dissipauit oīa opa sua scz totū mundū p̄ diluuiū. vt habet **Gen. viij.** Alij autē reges z potētes in p̄iudiciū suoz inimicōz depopulantē terras eoz. **D**eus autē dissipauit terrā p̄p̄riā: qz pctm̄ intrauit in terrā suā. **I**tē deus nō solū odio habet ipm̄ pctm̄ sed etiā quicqđ pctm̄ tangit. Alij namqz hoīes p̄pter vinū corruptū nō p̄iciūt in mare vasa aurea vel argētea: sed seruāt vasa z vinū effundūt. **D**eus vero nō solū pctm̄ sed etiā vasa pcti scz creaturas rōnales id est aīas ad imaginē suā factas: et suo p̄cioso sanguine redemptas in odiū pcti piccit in oceano infernali. **Q**uia vt dicit **Sap̄ie. xiiij.** **O**dio sunt deo impius z impietas eius. **U**n̄ deus non habet tā bonū amicū nec in celo nec in terra quē nō haberet odio vsqz ad mortē si inueniret in eo vel vnū pctm̄ mortale. **U**n̄ petrus licet ardētius amaret christū q̄ ceteri apli in christus eū p̄demnasset si decessisset in pctō trine negatōis. **S**ecundo quantū deus pctm̄ odiat ostendit p̄ hoc: qđ p̄pter pctā mūdi suū innocentē vnigenitū interfecit. **U**n̄ dicit **Esaiē. liij** **P**ropter scelus ppli p̄cussit eū. **E**t ipsemet dei filius vt pctm̄

interficeret vel occideret tradidit in mortē aiā suā. vt dicitur
sicut fili. **Esaie. liiij.** Nullus inuenit aut qui tantū odit inimicū
cum suū: q̄ in eius odiū uellet interficere p̄riū vnigenitū vel
etiā semetip̄m. **Tercio** p̄ter hoc ostendit q̄ deus p̄secutus
est peccatū ab initio in tantū q̄ peccit ip̄m de celo. **Et** videns
q̄ remanserat in terra sc̄z in mundo ip̄e in p̄ria p̄sona descē
dit in mundū vt de ip̄so fugaret pct̄m: et tandē in die iudiciū
p̄iciet et claudet ip̄m in infernū. **Uñ** **Dichee. vii.** Projiciet
in p̄fundū maris om̄ia pct̄a v̄ra. **Quarto** q̄ summe deus
pct̄m odiat patet p̄ hāc similitudinē. Quia bona mater uideret
multū odire illud p̄ter qd̄ puerū suū p̄ceret in clibanū ar
dentē: nec vnq̄ eū exinde extraheret. **Sic** deus p̄ter odium
pct̄i filios suos q̄s tm̄ dilexit: q̄ p̄ illis mori uoluit: in ignem
inextinguibile p̄iciet si inuenerit in eis pct̄m mortale. **Sic**
ergo o peccatrix aiā legisti quantum deus odio habet pct̄m.
Tu igit̄ si ei placere cupis: oportet te summe vitare illud ita
vt nō habeat locū in te. **Mulier** enī esset multū infidelis q̄
illum cubaret in lecto suo quē uir suus odiret: et p̄ quem uiro
suo multa mala euenissent. **Sic** certe pct̄m est quod summe
odit christus aiaz sponsus: z p̄ qd̄ sibi multa mala acciderūt
et tandem ip̄a mors. **Fortuus** est enī p̄ter delicta n̄ra. sc̄dm
ap̄lm. **Et** ideo valde infidelis est erga christū: qui recipit pec
catum in corde suo. **Propterea** charissime iuxta amonitōem
sapientis. **Ab om̄i delicto mūda cor tuū.** **Secūdo** debes
summa diligētia vitare om̄e pct̄m: maxime mortale: qz sum
me diabolo placet: et valde ip̄m letificat. **Et** istud p̄t p̄bati tri
plici signo. **Primū** est qz in nullo alio delectat. **Nā** ip̄e nō
uult aliud balneū: nō q̄rit aurū vel argentū. **Nā** **Sen. iij.** di
t̄tur in p̄sona de ip̄so. **Da** mihi aiās: cetera tolle tibi. **Unde**
Breg. **Nihil** se fecisse estimat: cū aiās non sauciat. **Sicut** enī
auis rapax amat cor p̄de: sic diabolus amat cor hoīs. **Secū
dū** signū: qz diabolus amat summe pct̄m patz ex assidua
eius tentatōne. **Et** quia in p̄curando pct̄m nunq̄ fatigatur.
Nam sex milia annorum sunt et amplius: q̄ nihil aliud fecit
q̄ procurare peccata. **Ideo** quando dominus interrogauit
eum dicens. **Job. i.** **Unde** uenis? **Respōdit.** **Circuui terram**

*De ludouico rege
z hūm.*

et pambulauit eam. Tantū est occupatus in negocio peccato-
rum q̄ nō licet ei somnū cape. **I**uxta illd̄. **J**ob. xxx. Qui me
comedūt nō dormiūt. **T**erciuū signū q̄ peccatū diabolum
sum me letificat est: qz nunq̄ potuit vel poterit faciri pct̄is.
Nam infinita milia hoīm peccatoꝝ iam deuorauit: et tñ ad
huc famelicus est: et sicut leo circuit querēs quē deuoret: vt di-
citur. i. **P**etri. v. **E**t nō solū famelicus est: sed etiā sitibundus.
Job. xl. Absorbebit fluiū et nō mirabit̄: et habet fiducia q̄
influxio iordanis in os eius. id est in infernū. **F**luuius quē ab-
sorbet diabolus et nō mirabit̄ sunt peccatoꝝ cū impetu cur-
rentes in os eius. **J**ordanis vero qui interpretatur humilis de-
scensus: sunt iusti: quieti et pacifici: q̄s diabolus summe desi-
derat absorbere. **E**xemplū habet in vitā patrū: de capitu-
lo demonū: et singulis demonib̄: de pct̄is et malis que pec-
rauerunt reddentib̄ rōne. **E**t de illo diabolo qui specialiter
fuit laudatus et honoratus a principe eoz et in cathedra col-
locatus: qz fecerat fornicari vnū monachū quē in .xl. annis
vix traxerat ad peccatū. **D**ergo anima peccatrix plora ama-
re: eo qz totiens letificasti in te inimicos tuos scz demones: to-
tiens certe quotiēs peccasti mortaliter: et de cetero p purā con-
fessionem et dignā penitentia fac gaudere sup te deū tuū et an-
gelos eius. **S**criptum est enī: qz gaudiū est angelis sup vno
peccatore penitentia agente. **T**ercio debes o peccator toto
studio tuo vitare omne peccatū: qz tibi summe nocet. **N**ā pri-
mo p peccatū mortale sepamur ab amore dei: et efficiūmur ei⁹
inimici. **E**saie. xix. Iniquitates nr̄e diuiserūt inter nos et de-
um: et peccata nr̄a phibuerūt faciē eius a nobis. **U**n non est
aliquis sanctus tam magnus in celo quantūcunq̄ sit bñ ami-
cus dei si posset et peccaret mortaliter quin statim amicitia
dissolueret̄. **A**ug⁹. Qui peccat in amicū verissimū et fidelissi-
mum: dicitur vitupabilis. qui vero peccat in deū oipotentissi-
mum et patrē piūssimū: quō nō erit abominabilis? **S**ecū-
do p peccatū obligatur peccator et adiudicatur patibulo in-
ferni. **U**nde scōm institutionē diuine legis: a qua nō disces-
pat multū lex humana. omnes regalis decreti transgressores
vel maiestatis regie contemptores. id est omnes peccatoꝝ

merentur interire suspendio. scdm q significatur. ij. **Esdre.**
xvij. in decreto **Darij.** vbi sic dicitur. Denuncietur vt quicūq;
q transgressi fuerint aliquid ex his que scripta sunt: quantū
ad peccatū cōmissionis: aut spreuerint quantū ad peccatum
omissionis: accipiantur lignum de suis pprijs: qz de orto pprie
p sciētie: ibi enī crescit lignū quo peccator suspendit: et suspē
dantur: bona qz sua regi ascribantur. Similiter etiā cedit
ad gloriā regis celestis pena reprobōz sicut gloria bonōz.
Ecce charissime qd lex būana corporaliter facit hoc spūaliter
lex diuina. **Sile** vero legit **Hester. vij.** **Dixit rex.** **Suspen**
dite Aman in patibulo. **Aman** interpretatur iniquus: et p hūc
pctor intelligit: quē rex celestis videbit suspendi in patibulo
infernī si eū in pctō mortali inuenerit. **Tercio** pctm spoli
at hoīem omni bono grē in pnti et glorie in futuro. **Proverb.**
xiiij. **Miseros** facit pplos peccatū. **Est** enī pctōr paup qui ni
hil habet. **Immo** p pctm mortale seipm amisit: et in seruitutē
diaboli transiit. **Paupior:** qz nihil p̄t lucrari: eo q opa meri
toria deo grata in tali statu facere nō p̄t. **Sed** pauprimus qz
nihil p̄t ei dari. **Nam** bona facta p ipso nō p̄sunt ei ad salus
tem qz nō viuit nisi quo ad corpus. **Uñ** dicit **Boetius** li. iij.
de solatōe p̄te. **Homo** prauus nō est hō: nisi sicut hō mor
tuus. **Quarto** p pctm sepamur a lumine deiformi: et exces
camur atq; obtenebramur. **Sophonie. i.** **Ambulabūt** vt ce
ci qui dño peccauerūt. **Et** in ps. **Nescierūt** neq; intellexerūt
in tenebris ambulāt. **Uñ** **Hieronym⁹.** **Deprimūt** plane aīa
p peccatū interius ne valeat suspicere supius. **Quinto** pec
catum est sicut putredo in pomo. **Sicut** enī putredo aufert
pomo valorē: decorē: colorē: odorē et saporē: sic peccatū mor
tale aufert aīe decorē vite: odorē fame: valorē grē: colorē for
me et saporē glorie. **Unde** putredo est omne peccatū. **Nā** de
eo dicitur **Esaiē. xv.** **Qui** facit illud: luto villior est vita eius.
Aug⁹. **Tolerabilius** canis putridus fetet hoīb: q̄ aīa pecca
trix deo. **Ideo** in quodā sermone de eodē sic ait: p que verba
quendā lubricū a peccato retraxit. **Quid** pdest plena arca: si
inanis est cōscientia. **Bona** vis habere: et bonus esse nō vis.
Non vides erubescere te debere de bonis tuis: si domus tua

plena est bonis: et te habet malum? Quid enim est quod velis
malum habere? Dic mihi. Nihil omnino. Non uxorem. non filium.
non servum. non ancillam. non tunicam. postremo non caligam et tu
vis habere malam vitam. Rogo te propone vitam tuam caligam tue.
Dia que circumiacent oculis tuis elegancia et pulchra tibi cha-
ra sunt: et tu tibi ipsi vilis et fetidus es. Si possent tibi respon-
dere bona tua quibus plena est domus tua: nonne tibi clamaret.
Sicut tu nos bona vis habere: sic nos volumus bonum dominum
habere. Tacita voce interpellant dominum deum tuum contra te. Ecce
tanta bona dedisti huic: et ipse malus est. Quid enim prodest ei
quod habet: quando eum qui omnia dedit non habet? hec Augustinus. **S**exto
ex peccato nascitur bestialitas carnis. **U**n Boetius. iij. de solo. phie
Homo bonus probitate deserta in beluam pervertit. Et philosophus. vij.
ethicorum. dicit quod talis est peior quam bestia. Et ideo Petrus et Ju-
das apostoli: peccatores operantur mutis pecoribus. Et David procor-
dat eisdem dicens. Homo cum in honore esset id est gratia gratum fa-
ciente. non intellexit: operatus est iumentis insipientibus. **S**e-
ptimo et ultimo: ex peccato nascitur diaboli servilis filialitas
i. Iohannis. iij. Qui facit peccatum a diabolo est etc. Pro his
omnibus peccator infelix miserere anime tue: et noli pro peccatis in-
ducere super eam hec que legisti: tanta mala scilicet offensam dei: le-
ticia inimici: et damnationem propriam. Augustinus. Agnosce homo quod nobilis
est anima tua: et quod graviora fuerunt eius vulnera pro quibus necesse fu-
it christum dominum vulnerari. Si non essent hec ad mortem: et mortem
sempiternam: nunquam pro eorum remedio dei filius moreretur. Noli
ergo vilipendere anime tue passionem: cui a tanta maiestate tantam
vides exhiberi pro passionem. Fudit ipse lacrymas pro te: lava et
tu pro singulis noctes lectum tuum cordis pro punctio: et lacryma-
rum assiduitate. Fudit ipse sanguinem suum: funde et tu tuum quo-
tidiana cordis afflictione. Noli attendere quid caro velit: sed
quod spiritus postulat. Nam ut dicit Gregorius. Unde caro ad tempus sua-
viter vivit: inde spiritus in eternum cruciatur. Et quo plus caro pu-
nitur in hac vita: tanto plus anima gaudebit in futura vita. Au-
gustinus. Voluntarie nunc christo postponamus quicquid dimittenda:
ne quod absit pro transitorijs amittamus eterna. Si enim tibi
diceretur sis toto mense dives et potens: et fac quicquid velis:

utere carnis voluptate sicut placet ea tñ p̄ditōne: vt postea tibi oculi eruantur: om̄e solaciū tollatur toto tpe vite tue in fame et siti in om̄i cruciatu vinas et miseria. nūquid tale bonū boctenore suscipies? Et quidem tota hec vita: nec mensis est: nec vnus diei vel hore spaciū ad illius eterne infelicitatis inferni compationem. cui neq; finis est: neq; pena similis inuenitur. **Dec Aug⁹.**

De penitentia cito facienda. Capitulū tercium.

Qui nō accipit crucē suā: et sequitur me: nō est me dignus. scribit **Matth. x.** Per hanc crucē penitētia designatur: quā de necessitate quilibet pctōr debet suscipere: et p̄senerāter tollere: si in eterna b̄ritudine cū christo cupit resgnare. **Uñ Hiero.** in eplā ad **Susannā.** Necessaria est penitentia: q̄ aut equet crimina: aut certe excedat. **Et Aug⁹.** Quis q̄s saluari desiderat: quicquid sordis post purū baptisimū p̄traxit oportet q̄ abluat saltē lachrymis mētis. **Sed forte dicis.** Durus est hic sermo. **Nō** possum mundū spernere et carnem meā odio habere et castigare. **Audi nō meā sed gloriōsi Hieronymi sup hoc r̄sionē.** Impossibile est ait: vt q̄s p̄ntib; et futuris fruatur bonis: vt hic ventre: ibi mentē impleat: vt de delitijs ad delicias transeat: vt in vtroq; seculo videlicet celo et terra appeat gloriōsus. **Quā Hieronymi sn̄iam b̄tūs Greg.** p̄firmat ita dicens. **Vult** cupiunt anolare de miseria p̄ntis exilij ad gaudia celi: sed nolūt carere oblectamēt; mūdi. vocat eos gr̄a christi: sed reuocat eos p̄cupiscētia seculi. **Pleriq;** cupiūt mori morte iustoz: s; nolūt viuere vita eoz: et hi in eternū p̄sibūt. **Nā** opa eoz sequūt illos. **Bern.** Austeritas p̄uersationis sc̄i **Johānis baptiste** pctōrib; delitiōsis durus nūcius est eterne mortis. **Quid** enī nos irrōnabiles fere reptilia terre insanimus: cū ille q̄ inter natos mulier; nemo surrexit et nos indui p̄ciosis vestib; festinam⁹: et splendide laute ac delicate epulari. **Nō** sic nō sic itur ad astra. **Deniq;** recordare p̄abolā **Lazarī** et diuītis illius: qui op̄i tantaz dñs qui purpurs induus et bysso: vnā aque guttā inuenire nō potuit ex hoc cū esset in ardoris necessitate cōstitutus. **Dec** recordare mi amice et age penitentiam dum tempus est. **Nam** vt inquit **Greg.** Deus et

si penitenti veniā spondit: peccanti tñ die crastinū nō pmissi
sit. **P**enitētia est perpetrata mala plangere: et plangēda iterū
nō admittere. id est ppositū pmittendi nō habere. **Uñ Aug^o**
In soloquijs. Inanis est penitētia quā sequēs coinquānat cul-
pa. **N**ihil p sunt lamēta si replicant pctā. **N**ihil valet a ma-
lis veniā poscere: et mala denuo iterare. **T**res aut sunt ptes in-
tegrales penitētie: scz cordis p tritio: oris p fessio: opis satisfā-
ctio. **Q**uia enī deū tribz modis offendimus scz delectatōe co-
gitatōis: impudentia locutōnis: et supbia opis: scdm regulā
vt cōtraria cōtrarijs curent: tribz modis oppositis satisfācia-
mus. **D**electatōe cogitatōis opponamus p tritionē. **I**mpudē-
tie locutōis p fessionē. **S**upbie opis satisfactōz. **D**e p tritione
primo videam^o. **C**ōtritio est dolor p pctis assumptus cū
pposito abstinendi: p fitendi z satisfaciēdi. **I**ste dolor sicut di-
cit **B**erñ. debet esse triplex. scz acer acrior z acerrimus. **A**cer
debet esse: qz dñm deū nrm et oim creatorē offendim^o. **A**cris-
or: qz patrē nrm celestē q nos multipliciter pascit impugna-
uimus. **E**t in hoc peiores canibz fuimus: qui pascētē se dilē-
gunt et sequuntur. **A**cerrimus vero: qz redemptorē nrm quē
nos redemit pprio sanguine: et a pctōz vinculis liberauit: et
a crudelitate demonū et acerbitate gehenne potenter eripuit:
quantū in nobis est iterū crucifiximus. **S**ic z de tribz debe-
mus dolere scz de cōmisso pctō: de omisso bono et de amisso
tpe. **D**e virtute huius p tritōis sic dicit **Aug^o**. **P**lus valet
cordis vera cōtritio: qz totius mundi pegrinatio. **I**tem que-
dam glosa sup ps. **A**d dñm cū tribularer. **N**escit dñs differ-
re: quē p punctū corde sibi senserit supplicare. **C**ris. **S**ola est
punctio: que facit aīam horrescere purpurā: desiderare cili-
cium: amare lachrymas: fugere risum. **I**dem. **N**ihil ita con-
glutinat z vnit deo vt lachryme penitentis. **E**cōtra vero vt
ait **Aug^o**. **A**criores diabolo dolores nō infigimus: qz cū pla-
gas peccatoz nroz confitendo z penitendo sanamus. **S**ed
ben cū tanta bona p penitentiā cōsequamur: pauci tñ peni-
tentiā agūt. **I**deo p querit dñs **P**iere. viij. dicens. **N**emo qd
bonū est loquit. nullus est q agat penitentiā sup pctō suo di-
cene: **Q**uid feci. **N**ūc de scōo scz de cōfessione videamus.

Confessio sicut cōmuniter describitur. Est legitima coram sacerdote peccatorū declaratio. Et dicitur confessio quasi simul vel ex toto vel vndiq; confessio. Nam ille vere cōfiteatur qui totū fatetur. Vel sic s̄m **I**sidorū in li. **E**thimologiaz. Confessio est: p̄ quā latens morbo aīe sub spe venie p̄sequēde: in dei laudē agitur. De virtute cōfessionis sic dicit **A**mbros. sup. ps̄. **B**ea immaculati. Cessat vindicta diuinā: si cōfessio p̄currat humana. Et **C**assiodorus sup illud ps̄. Confiteant tibi p̄p̄li deus. Illis nō iudex sed aduocatus est christus: qui se p̄p̄ia cōfessione damnauerūt. **L**eo. pap̄. Nō remanet iudicio p̄demnandum qđ fuerit confessione purgatū. Et **A**ug. in li. de p̄nā. Confessio est salus aīaz: dissipatrix vicioz: restauratrix virtutum: oppugnatrix demonū. Quid plura? **O**bstruit os inferni: portas aperit paradisi. **P**ro his om̄ib; o charissime. **I**ntra consiliū **E**saię p̄phę. Dic tuas iniquitates vt iustificeris. **I**niciūm enī iusticie confessio est peccatorū. **P**ortet autē te cōfiteri oīa peccata tua quoz memoriā habes: integre nō diuisum: ita vt vnā p̄tem de peccatis tuis dicas vni sacerdoti: alteram alteri: quia tunc neuter sacerdos p̄t tibi cōferre remediū salutare. qz sacramentū debet habere vnitatē et integritatem: aliter nō esset cōfessio sacramentalis. **I**deo dicit **B**ern. Qui confessionē suā diuersis p̄fessorib; diuidit: venia caret. **E**xecranda nāq; fictio est peccata diuidere: et supficietenus radere. nō intrinsecus eradicare. Et tales recipiūt ex cōicationē p̄ absolutionē: et maledictionē p̄ b̄ndictionē. Et talis diuisio cōfessionis fit sepius p̄ hypocrisim: qm̄ grauiora peccata dicūt ignotis sacerdotib;: et illi cum quo sepius debent cōuersari dicūt solū leuioza. De talib; dicit **A**ug. et ponit in decretis. Qui cōfessionem diuidit laudandus nō est: qđ vni celat: alij reuelat: quod est seip̄m laudare: et ad hypocrisim tendere. **S**equitur de terciā p̄te penitentie sc̄z de satisfactōe. **S**atisfactio s̄m **A**ug. est peccatorū causas excidere: et eoz suggestionib; aditum nō indulgere. Nam vt dicit **G**regori. **N**equa q̄s sauis facimus si ab iniquitate cessamus: nisi voluptates q̄s dileximus ecōtrario oppositis lamētis insequimur. Et vt dicit **T**ris. **Q**ualis p̄cessit offensio: talis debz seq̄ recōciliatio. **T**āto esto p̄nus

ad lamenta: quāto fuisti p̄nus ad culpā. **Q**ualis tibi fuit ad
peccandū intētio: talis sit tibi ad penitendū deuotio. **G**rauiā
pctā: grauiā lamēta desiderāt. **Q**uia vt ait **E**usebius **E**mis-
sēni ep̄s. **N**ō leui p̄tritōe agendū est vt debita illa redimant:
q̄b̄ mors eterna debet. nec p̄functoria opus est satisfactōe p̄
malis illis p̄pter q̄ patus est ignis etern⁹. **S**ed heu multi sta-
tim fugant in hac via satisfactōis ⁊ retrospectiūt cū vxore loth
Cōtra q̄s sic dicit. **B**ern. in quodā sermone. **Q**ui p̄fecte sens-
serit onus pcti: et aīe lesionē: ille aut parū. sentiet aut oīno nō
sentiet corp̄is penā: nec reputabit laborē quo pctā nouerit de-
leri p̄terita: et cauere futura. **E**t **A**ug⁹. sup. ps. l. **S**unt multi
q̄s peccare nō pudet: agere penitentiā pudet. **I**ncredibilis
insania. de vulnere nō erubescitis: et de ligatura vulneris eru-
bescitis. **N**ōne vulnus fetidius ⁊ putridius est? **C**ōfuge ergo
ad medicū age penitentiā. dic: iniquitatē meā ego cogno-
sco: et peccatū meū cōtra me est sp̄. **T**ibi soli peccaui: qm̄ tu
solus sine peccato es. **C**onsistit autē satisfactio in tribz scz
in oratione: elemosyna: et ieiunio. vt iste ternarius contra illū
nephariū diaboli ternariū opponatur. **O**ratio cōtra supbiā.
ieiunium cōtra carnis p̄cupiscentiā. elemosyna cōtra auariciā.
Vel sic. **O**mne peccatū vel in deū cōmittimus: et cōtra hoc
ordinat̄ ozo. vel in p̄ximū: et contra hoc est elemosyna. vel in
nosipos: et p̄tra hoc ordinatur ieiunium. **Q**uic p̄pter paupes
christi modicū de elemosyna tangamus. **E**lemosyna p̄ponit̄
ab elemon qd̄ est miscōdia: et syna qd̄ est mandatū. id est man-
datū miscōdie. **E**t fm̄ hoc scribit̄ p̄ e. **S**ed melius scribit̄ per
i. **E**t tūc dicit̄ elemosyna ab ely qd̄ est deus ⁊ et syna manda-
tum. inde elemosyna q̄si mandatū dei. **I**pse enī p̄prio ore man-
dauit fieri. **V**n̄ in **L**uca. **D**ate elemosynā et ecce oia munda
sunt vobis. **V**el d̄r elemosyna ab ely qd̄ est deus et moys qd̄
est aq̄: inde elemosyna q̄si aq̄ diuina. **S**icut enī aq̄ extinguit
ignē: sic elemosyna extinguit pctm̄. **H**ec **C**atholicon. **S**unt
aut̄ p̄cipue tria q̄ nos ad elemosynas siue ad opa miscōdie ex-
ercēda debēt. p̄uocare. **P**rimū est: qz miscōdia redimit culpā.
p̄uerb. xvi. **M**iscōdia et veritate redimit̄ iniqtas. **E**t **D**aniel.
iij. **P**eccata tua elemosynis redime. **H**oc pulchre figurat̄

est. iij. Regū. iij. Ubi dicitur q̄ mulier que p̄gregauit in do-
mo sua vasa nō pauca: parū olei q̄d habuit in oīa vasa distri-
buit. et sic creuit oleū p̄ q̄d mulier a creditore liberatur. Vasa
vacua sunt paupes q̄s in domo debemus p̄gregare. **Isaie.**
lvij. **E**genos vagosq̄ induc in domū tuā. Parū aut̄ olei per
oīa vasa distribuit. **Iuxta illud. Tobie. iij.** **S**i exiguū tibi
fuerit: etiā exiguū libenter imp̄t̄ri stude. **I**nde cū oleū miseri-
cordie crescit p̄ meritū z gr̄am: aīa peccatrix creditori deo de-
pctis suis satisfaciāt. **S**ecūdo elemosyna bona t̄palia multi-
plicat. **Uñ Greg. in dialogo.** **T**errene subst̄tie p̄ hoc q̄ pau-
peribus distribuunt̄ multiplicant̄. **E**xemplū habemus. iij.
Regū. xvij. in vidua q̄ **Delvā** pauit: cui p̄pter hoc dñs fari-
nam et oleū multiplicauit. **P**er q̄d datur intelligi q̄ paupes
magis pascūt elemosynarios q̄ eccl̄ia. **T**ercio elemosyna
siue opus misericōdie: in morte elemosynariū custodit z aīaz eius
cū claritate ad regnū celoz p̄ducit. **Uñ dicit Ambros.** **S**ola
misericōdia comes est defunctor. **Q** q̄ bonus q̄ necessarius
comes est moriēti elemosyna. **N**oli ergo dilecte talē famulus
talē aduocatū post tergū tuū relinquere: sicut illi qui res suas
auare retinentes nihil in vita sua p̄ manus pp̄rias paupibus
distribuunt: sed eas post vitā p̄ manus alienas dispensandas
disponūt siles illi qui post tergū vult portare lucernā. **C**ū tñ
dicat **Ecclesiasticus.** **A**nte languorē adhibe medicinā. **I**dem.
xij. **A**nte mortē bñfac amico tuo. id est aīe tue. vel christo in
membris suis scz paupibus. **P**reterea est sciendū q̄ diues a
quo petitur elemosyna debet p̄siderare tria. primo quis eam
petit. qz ipsemet dñs. **D**eus enī tñ diligit paupes q̄ quicq̄d
fit eis p̄pter amorē suū: reputat sibi factū. **Uñ scribitur Mat-**
thi. xv. **Q**uamdiū fecistis vni ex his fratribz meis minis-
mis mihi fecistis. **P**etit ergo elemosynā p̄ pauperē suū deus
a quo diues in orōne quotidiana petit regnum. **E**t ideo cum
paupi negat diues elemosynā timere debet q̄ deus nō exau-
diat eum cum petit ab eo regnum celoz. **Q**uia dicitur puer-
biorum. **xxi.** **Q**ui obdurat aures suas ad clamorem paupes-
ris: et ipse clamabit et non exaudietur. **D**ebet diues secun-
do considerare quid petat deus quando elemosynam in suis

paupibus petit. Petit utique non nostrum sed suum. Et ideo valde ingratus est deo qui pauperi negat necessariam elemosinam: cum de bonis dei habeat abundanter. Hoc consideravit David qui dixit. i. Paralipomenon. xxix. Tua sunt domine omnia: et que de manu tua accepimus dedimus tibi. **T**ercio debet dives considerare ad quid petit deus. petit reuera pro pauperum suorum deus non ad dandum: sed ad mutuandum: nec tamen ad triplas immo ad centuplum usuras. Unde dicit Augustinus. **P**ro homo quid feneraris homini? Fenerare deo tales usuras: et centuplum accipies: et vitam eternam possidebis. Et ideo nimis est ingratus: qui ad tales usuras non vult comodare deo: ad quales mutaret in deo vel sarraceno. **P**ro his omnibus charissime thesaurisa tibi pro pauperes in celo tanquam in tuto: opera misericordie faciendo deo in terra. **C**or avari est quasi fouea sine fundo: et quo plus recipit plus concupiscit ut nunquam videatur impleta. Juxta illud Ecclesi. vii. Avarus nunquam implet pecunia. Attende quod cor sequitur thesaurum. **N**e autem illi qui in terra thesaurizat: qui in terra loco tam piculoso exulat. Illuc ergo dicit Crisostomus. Congrega substantiam tuam ubi patriam tuam habes. **Q**ui enim collocat thesaurum suum in terra non habet quod speret in celo. **U**t quid aspicit in celum ubi nihil habet repositum. **I**llud solum tuum reputa quod pauperibus erogasti. **N**on sunt enim hominis bona que secum deferre non possunt. **A**mbrosius. Nihil tamen commendat: quam misericordia charitatis. **N**on meministi me legisse mala morte mortuum: qui libenter exercuit opera pietatis. **L**eo papa. **I**lle ad dominum integros fructus premitit: a quo nunquam pauper tristis recessit. **T**anta est vis misericordie ut sine illa si sunt alie virtutes prodesse non possint. **Q**uamvis enim quis fidelis sit et castus sobrius: et alijs maioribus ornatus virtutibus: si tamen misericors non est: misericordiam non merebitur. **N**ec in favore pauperum de virtutibus elemosyne et operum misericordie dicta sufficiant. **H**unc ad propositum redeamus. **Q**ui non accipit crucem suam et sequitur me: non est me dignus. **I**sta crux proprie assumenda est cito: et in tempore iuuentutis quia tunc deo magis placet: et homini magis prodest. **J**uxta illud Ecclesi. xi. **M**emento creatoris tui in diebus iuuentutis. **I**dem. **F**ilii ne tardes converti ad dominum: et non differas de die in diem. **S**ubito enim veniet ira illius: et in tempore vindicte disperdet te. **S**ed contra

hoc salubre sapientis consilii diabolus immittit homini ma-
lam spem longioris vite dicēs. **J**uuenis es diu potes adhuc
viuere. **I**n senectute debes penitere: et tunc facies penitentiaz
et ibis ad cōfessionem. **M**ulti vero credunt isti aduocato: et
repromittūt sibi longam vitā, pponentes se in senectute emen-
dare quos mors repentina rapit et damnant. **U**nde dicitur
Eccī. xxxi. Repromissio nequissima multos perdit. **E**st er-
go notandū q̄ talis pmissio diaboli longioris vite: et in sene-
ctute penitendi nequam est: quia cōtra ius et rationē. **N**equis
or: quia contra ipsum peccatorē. **N**equissima: quia cōtra dei
bonitatē. **P**rimo: q̄ sit neq̄s contra ius et rationē apparet per
tria exempla. **P**rimū est: qui haberet quatuor asinos: et to-
tū onus illoꝝ imponeret debilioꝝ omnīū: talis contra ius
sticiam et rationem faceret. **S**ic ille qui totū onus penitentie
peccatoꝝ que cōmisit in quatuor etatibꝝ scilicet in adolescen-
tia: in iuuentute: in virili etate et in senectute vult soli senectua-
ti imponere: quando iam debilis est et non potest laborare.
Et tales merentur maledictionē sicut dicitur **Zacharie** pri-
mo. **M**aledictus dolosus: qui habet in grege suo masculum
et immolat debile dño. **S**ic facit ille: qui fortitudinē sue etas-
tis transit: et debilitatē senectutis pponit immolare deo domi-
no. **I**sidorus. **Q**ui tempus congruū penitētie perdit. frustra
ante dei ianuam cum precibꝝ venit. **S**ecundū exemplum
est: **I**lle qui nō posset leuare minus onus quando fortior est
et potentior: et vellet illud leuare quando multo maius esset
et ipse debilior factus fuisset: merito stultus et iniustus repu-
taretur. **S**ic est de illo qui onus peccatoꝝ et penitentie quan-
do minus est: et ipse fortior scilicet in iuuentute nō vult porta-
re: et credit melius portare quando onus fuerit augmentatū
Talis assimilatur illi stulto: de quo dicitur in vita patrū: qui
scindebat ligna: et faciebat de illis sarcinam: et postea tenta-
bat leuare. **E**t quando videbat q̄ nō poterat de facili porta-
re: iterum scindebat alia ligna et apponebat ad sarcinā et po-
stea tentabat et quanto plus ponderabat: tanto plura adde-
bat. **S**ic faciūt peccatoꝝ: quando sentiunt primo peccatoꝝ
pondus et penitētie: deponūt statim ꝛ pctā peccatis adijciūt.

B

Quia sicut dicit Gregorius. Peccatum quod per penitentiam non delet: mor suo pondere ad se aliud trahit. **T**ercium exemplum. Ille qui per totam vitam suam cum magnis expensis parat sibi domum ubi non intenderet morari villo modo: et domum in qua vellet habitare in perpetuum destrueret pro posse suo: talis aperte faceret contra ratem: et ideo merito stultus et insanus deberet reputari. Sed talis est peccator: qui usque ad mortem differt conuerti. Ipse enim per totam vitam suam parat domum suam in inferno: cum tamen nullo modo velit ibi habitare. Unde dicit Paulus apostolus. Qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam. **S**ecundo quod ista re promissio longioris vite nequior est: quod contra ipsum peccatorem: apparet per duo notabilia exempla. **P**rimum est: ille qui plus diligeret se infirmum quam sanum. seruum quam liberum. nihil habentem quam omnium bonorum esse principem: talis iniquus esset contra seipsum. Talis est peccator qui tardat agere penitentiam: quod plus diligit se in peccato quam est infirmitas spiritualis: vel potius mors dicenda est. Vel in tantum peccator impius est contra seipsum: quod magis diligit se mortuum quam viuum. seruum quam liberum. malum quam bonum. Unde dicit Johannes in epistola sua. Qui facit peccatum: seruus est peccati. Augustinus. Bonus homo: etiam si seruit liber est. Malus homo si regnet seruus est: non vnius hominis: sed quod peius est totum dñorum quod viciorum. **S**ecundum exemplum. Ille qui deberet magnam pecuniam ad usuram que quotidie cresceret: et posset pro soluere et tamen tardaret in quantum posset: talis faceret contra seipsum. Sic est in proposito: Hora enim in peccato tanquam debitum currit ad usuras: quia quanto diutius fuerit in peccato tanto plus soluet de pena. Apocalypsis. xvij. Quantum se glorificauit et in deliciis fuit: tamen date ei tormentum et luctum. **T**ercio quod ista promissio longioris vite sit nequissima quia contra dei bonitatem: apparet per tria exempla. **P**rimum: si aliquis dominum suum cui seruire teneretur: et a quo omnia sua haberet: per totam vitam suam impugnaret et inimico domini sui seruiret: et postea seruo confectus in fine vite sue vellet domino suo seruire: et seruicium suum ei offerret. iniquus contra dominum suum esset: nec domino suo tale seruicium multum placeret. Sic est peccator: qui peccando

offendit deum: et seruauit inimico suo diabolo in iuuetute: et in
senectute pponit seruire deo. **S**ecundum exemplum est:
Si aliquis recepit bona maxima a domino suo ad multi
plicandum et lucrandum: et q ipse deberet habere totum lu
crum: et illa bona superflue expenderet: et pro nihilo daret in
contemptum domini: talis impie ageret et contra curialita
tem domini sui ingratus esset. **S**ic est peccator qui corpus et
animam: sensus anime: vires corporis: temporalia bona: spa
cium vite et alia multa et magna bñficia recepit a deo. et om
nia ista expendit in contumeliam creatoris peccando multi
pliciter: aperte facit contra bonitatem dei. **D**e anima que tra
dita est nobis a deo quasi thesaurus p̄ciosus sic dicit **B**ern
bardus. **N**e mihi si talentū mihi traditū id est aīam meā ne
gligenter seruauero: p̄cioso sanguine agni incōtaminati ap
preciatū. **D**e tpe dicit idem. **N**on est tpus tibi impensum: qd
non exigitur a te qualiter fuerit expensum. **T**ercium exem
plam est. **S**i aliquis seruus dispensator bonoz alicuius dñi
bonum panem: bonū vinum: et meliora cibaria daret extra
neis et inimicis domini sui: et domino suo daret ad comedē
dum de pane corrupto de surfure et de putridis carnibus et
piscibus: daretq; ei ad potandū de vini sui fecibus: talis im
pie ageret contra dominum suum. **S**ic est peccator: qui illud
quod pulchrius et melius est de vita sua scz iuuentutē et for
titudinem suam dat mundo et diabolo: qui sunt inimici chri
sti: et quod peius est scz nouissimum vite sue pponit domino
deo suo dare. **N**on sic faciebat **D**avid qui dicebat. **F**ortitu
dinem meam ad te custodiam: id est seruendum tibi. **U**nde
dicit **E**cclēsiastes. **N**oli domino offerre feces senectutis: sed
vinum libanum floride iuuentutis. **D**e peccatoribus peni
tentiam differentibus sic dicit beatus **G**regorius. **S**atis alie
nus est a fide: qui ad agendam penitentiam tempus senectus
tis expectat: cum nullū diem vite sue habeat in sua potestate
Acirco iuxta consilium **I**sidori. festinare debet vnusquisq;
ad deū penitendo dum potest: nedum si potest noluerit om
nino cū voluerit tarde: nō possit. **I**gitur festina ad penitentiā

charissime ne tardaueris: vt non cum fatuis virginibus finaliter excludaris.

De contemptu et odio mundi. Quartū capitulum.

Nolite diligere mundum: neque ea que in mundo sunt. Si quis dilexerit mundū non est charitas patris in illo. Et mundus transit et concupiscentia eius. scribitur in prima Canonica. Iohannis apli. ij. c. Hec verba pertractans beatus Aug⁹. sic dicit: Quid vis: vtrum amare temporalia et transire cum tempore: an mundū non amare et in eternum viuere cum deo? Amas seculū: absorbebit te. Amatores suos vorare nouit: nō portare. **N**ota q̄ mundus est excommunicatus: quia sicut pro excommunicato in ecclesia nō oratur: sic nec christus orauit p̄ mundo: qui tamē p̄ suis crucifixoribus orauit. Unde dixit in vltimo sermone. Pro ip̄is scilicet discipulis: nō p̄ mundo rogo. Stultum est tali domino seruire: qui in fine seruū nudum et sine mercede eijcere cōsuevit. Sic facit mundus. Unde legitur. q̄ Soldanus rex Babylonie: cum apud damascū infirmaretur: vsq; ad mortem et sciret sibi mortē imminere: signiferum suū vocauit. dicens ei. Tu qui soles ferre vexilla mea ad bella: fer nunc mortis mee vexillum: scilicet: vile hoc panniculū p̄ totam damascum. dicens. Ecce rex orientis non fert secum nisi hoc vile panniculum. Simile fere legitur q̄ quidā rex Lothuringie inuenis cū esset in extremis: respiciens sua palacia et domos suas multas dixit pluribus audientib; . O dñe Iesu quantū cōtemnendus est mundus iste. Ecce ego qui tot habui palacia et hospicia: nescio quo debeam hac nocte ire: vel quis me debeat hospicio recipere. Relinque ergo o peccator dominū tuum scilicet hunc mundū: anteq; in tanta paupertate relinqueris ab eo. sciens qm̄ vt dicitur Jacobi. i. Qui amicus est mundi huius: inimicus dei constituitur. Gregorius. Tanto quis deo est proximus: quāto ab amore mundi est alienus. Ad hoc ostendendū: Christus nudus extra ciuitatē pati voluit et crucifigi: vt ostenderet nihil sibi esse cōmune cum mundo. et q̄ quicumq; volunt cōsequi passionis sue fructū: debent exire mundū: saltem p̄ affectum et mundanā conuersationem.

Unde dicit dominus **Hieremie. li. Fugite de Babylone: et** saluet vnusquisq; animam suam. **Babylon** scđm **Hierony-**
mum interpretatur domus cōfusions. **Et** directe signat hūc
mundum: in quo iam vbiq; confusio regnat tam in clero q̄
in populo. tam in religiosis q̄ in secularibus. tam in senibz
q̄ in iuuenibus. tam in viris quam in mulieribus. ita vt me
rito beatus **Iohannes** dicat in **Canonica** sua. **Totus mun-**
dus in maligno positus est. **Et** idcirco consulit fugiendum
esse ad vitam religiosam beatus **Bernhardus** dicens. **Fugi**
te de medio **Babylonis**. id est. de seculo: et saluate animas ve
stras. **Conuolate** ad vrbes refugij. id est. ad vitam religiosaz
vbi possitis de preteritis agere penitentiam: et futuram glo
riam fiducialiter postulare. **Non** vos penitentie austeritas
deterreat: quia non sunt condigne passionēs huius tempo
ris ad preteritam culpam que remittitur ad presentis conso
lationis gratiam que innititur: et ad futurā gloriam que pro
mittitur. **S**ciendum autem q̄ mundum debemus fugere
propter quatuor. **P**rimo enim solent sapientes recedere
a loco infecto pestilentia: vel fetore: maxime quādo vel egros
se sentiunt: vel egrotaturos se agnoscant. **Talis** est mundus
quia tot mala peccantium in eo videmus: tot fetores inficien
tes animam nostram recipimus. **Idcirco** quia cum peccatū
sit morbus contagiosus: fugienda est societas malozū. **Non**
est tutum sanis cum leprosis habitare. **Ecclesiastici. xiiij. Qui**
tetigerit picem inquinabitur ab ea. et qui cōmunicauerit sus
perbo: induet superbiam. **Voluit** **Jacob** habere **Esau** soci
um itineris sui. **Hieronymus. Certe** nil tam nocet homini
q̄ mala societas. **Talis** enim efficitur homo: qualium socie
tate perfruitur. **Nunquid** cum agno lupus habitat? **Vir** ca
llus certe luxuriosi societatem aufugit. **Plus** q̄ impossibile
puto virum diutius in bonis permanere operibus: qui ma
lorum assidua conuersatione vitatur. **Cum** sancto. **Psalmista**
vociferat: sanctus eris: et cum peruerso puerteris. **Sicut** enī
mala nocet cōuersatio: ita bona prodest. **Nullus** potest huic
comparari thesauro. **Qui** inuenit bonam societatem: vitam
inuenit: delitijs affluit. **Certe** vera dicā. **Per** raro hō bonus

B ū

vel malus efficitur: nisi ob societatis causam. **P**ueri cor tan-
q̄ tabula rasa in qua nihil depictum est fore dicitur. **M**ud er-
go quod a societate recipit vsq̄ ad senectutem retinet: siue bo-
num siue malum sit. hec **H**ieronimus. **D**ebemus ergo nos
elongare a mundo p̄pter mali vicini molestiam. **N**ullus autē
vicinus ita potest nocere sicut vicinitas peccatorū: quorum
mundus plenus est. vt patet ex iam dictis. **S**ecundo solent sa-
pientes recedere a loco in quo timent se tradi in manus inimi-
corum suorum. **S**icut facit mundus. **U**nde ei congruit illud
verbum **I**ude traditoris. **Q**uēcunq̄ osculatus fuero: ipse est
tene eum. **H**ec verba dicit mūdus demonibz. **N**am quos
mundus in p̄nti osculatur. id est. exaltat honoribz: hostibus
suis scz demonibz tradit. **U**n̄ **H**ieronim⁹. **S**ignum mani-
feste damnationis est: in hoc mundo sua beneplacita assequi:
et a mundo diligi. **I**taq̄ omnino oportet nos p̄ multas tribu-
lationes acquirere regnum dei. **E**rrauit in via: qui per diui-
tias et delicias festinat ire. hec **H**ieronim⁹. **T**ercio solent
se sapientes elongare ab aliquo loco: p̄pter ipsius periculum.
Mundus est locus periculosissimus: propter quod mare di-
citur. **U**nde. p̄s. **H**oc mare magnum zc. **P**ericulum huius
maris scz mundi. iuxta verbum beati **B**erñ. **P**robat transe-
untium varietas et pereuntium multitudo. **I**n mari **B**ar-
lie de quatuor nauibus vix perit vna. **I**n mari huius mun-
di de quatuor animabus vix saluatur vna. **Q**uasi enim lo-
cus diluuij est mundus iste: vbi pauci respectu pereuntium
saluantur. **M**undus est sicut fornax **B**abylonica: igne infer-
nali succensa. **I**deo est valde timendum homini in eo: qui ad
sibulum vnius verbi accenditur igne ire: ad aspectum vnius
mulieris igne luxurie: ad aspectū vnius rei preciose igne con-
cupiscētie. **Q**uarto elongat se homo diffidatus ab aliquo:
p̄pter inimici capitalis timorem. **I**nimicus noster capitalis
est diabolus qui iurauit mortē nr̄am: qui est princeps mūdi.
A quo nos elongamus: dū mundū deserimus. **E**ccl̄. ix. **L**o-
ge esto ab hoīe p̄tatem habente occidendi. **H**omo iste est dia-
bolus: qz dicitur homo: ab hoīe deuicto. **M**atth. xij. **I**nimi-
cus homo hoc fecit. **P**reterea sciendū: q̄ aliter p̄fecte non p̄-

vinci mundus: nisi per exitum ab eo. Unde legitur in vita spa-
trum. q̄ beatus Arsenius adhuc in palatio imperatoris exi-
stens rogauit deū dicens. Dñe obsecro dirige me ad salutem
Et vox de celo iterum dixit. Arseni: fuge hoies et saluaberis
Ipse autez statim ad monachalem vitam descendit. Iterum
orauit deum dicens. Domine dirige me ad salutem. Et vox
de celo iteruz dixit. Arseni. fuge. tace. quiesce. Hec enim sunt
radices non peccandi. Nam in fuga vincitur concupiscen-
tia carnis. taciturnitate: superbia vite. quiete desiderioꝝ aua-
ricia. Item Isidorus. ad contemptū mundi nos exhortans
sic ait. Si vis esse quietus: nihil seculi appetas. Semp requi-
em mentis habebis: si curas seculi a te pieceris. Abijce a te
quicquid bonum. p̄positum poterit impedire. Esto mortuus
mundo: et mūdus tibi. mundi gloriā tanq̄ mortuus nō aspi-
cias. Uiuens contemne: quod post mortē nō poteris habere
De vita huius mūdi dicit sic Hieronymus. O vita mundi
nō vita sed mors. vita fallax. vita onusta tristitijs. vita imbec-
cillis et ymbzatica. vita mendax: nūc flores: statim arefcis. vi-
ta priuans. vita cui in es. vita fragilis. vita momētanea et ca-
duca: que quanto magis crescis: tanto magis decrefcis: cum
plus p̄cedis: plus ad mortē p̄pinquas. O vita plena laqueis:
quot in mundo hoies illaqueas. quot p̄ te iam sustinent tor-
menta infernalīa? Quam bt̄is qui tuas agnoscit fallacias.
bt̄is qui de tuis nō curat vanis blanditijs. q̄ beatissimus q̄
te bñ est priuatus. Aug⁹. Fundus clamat ego deficiā. caro
clamat ego inficiā. diabolus clamat ego decipiaz. Christus
vero dicit: ego reficiam. Miser quē sequeris. O charissime si
hec q̄ iam legisti te nō moueant ad p̄temptū mūdi: et eoz que
in eo sunt: audi bt̄m Bern. de amatoribz mūdi dicentē. De il-
lis: quibz p̄paratur dolor vermiū: ardor flāmaz: sitis cōtinua
fletus et stridor dentiū. horribiles facies demonū. Ibi mors
optabitur: et nō dabit. ibi nullus ordo: sed sempiternus hor-
ror. Quis tunc putas erit meror: que tristitia: quis luctus q̄
sepabitur iniustus a consortio iustozum: et tradentur iniusti
potestati demonum: et ibunt cum eis ad eternum supplicium
gaudia paradisi nunq̄ percepturi: sed perpetuo cruciandi.

Ibi torquens nec puniens fatigabitur. Qui torquentur non morientur: et sine spe venie vivent: vt non moriantur: morientur vt non consumantur. **I**sidorus. Si haberes sapientiam Salomonis. si pulchritudinem Absolonis. si fortitudinem Sampsonis. si longitudinē vite Enoch. si Ptholomei potestatem. si diuitias Cresi: quid pdesset tibi: si tandem caro tua daretur vermibus: anima demonibus: cum diuite crucianda sine fine? **U**tem mouere debet te ad despiciendum mundum: et ea que in ipso sunt breuitas presentis vite: et incertitudo mortis. **U**nde Gregorius. Reproborum mentes idcirco multa nequiter agunt: quia se viuere hic diutius arbitrantur. Iusti vero qz vite sue breuitatē considerant: elationis et immundicie culpas declinant. De breuitate vite pntis dicit Jacobus. in Canonica sua. iij. c. Quid est vita nra nisi vapor ad modicum parens: et deinceps exterminabitur? **A**ugustinus. Vita hominis tota breuis est ab infantia vsqz ad decrepitam senectutem. Adam si adhuc viueret: et hodie moreretur quid illi longitudo vite pfuisset? **I**dem. Quicquid temporis viuatur: de spacio viuendi demitur: vt omnino nihil aliud sit visita presens qz cursus ad mortem. **S**eneca. Quotidie morimur qz quotidie demitur aliqua pars vite nre. **E**cce dilectissime si bene inspexeris te: et verba iam tibi scripta ac etiā postea scribenda cordis auribus diligenter pceperis: potius deberes dicere: vado mori credens p longum viuere tempus. **F**orte dices hec est vltima: vado mori. **T**u autem estimas diu viuere: et hec temporalia bona et mundana gaudia annis multis in delitijs possidere. **S**ed charissime nō sic. **H**ō enī vt ait Job. Vanitati filis factus est: dies ei sicut vmbra ptereunt. **D**e falsa mudi gloria: potentia et dignitate: ac caducis eius diuitijs contemnendis. **Q**uintum capitulum

Ubi sunt principes gentium qui dominantur sup bestias que sunt in terra. qui in auibus celi ludunt. qui argentum thesaurisunt: et aurum in quo confidunt homines. et non est finis acquisitionis eorum: qui argentum fabricant: et solliciti sunt: nec est inuentio operum illorum. **E**xterminati enim sunt: et ad inferos descenderunt. et alij in locū

eorum surrexerunt. scribitur Baruch. capitulo Tercio. **H**ec
verba ptractans Prosper in sententijs suis sic ait. **U**bi sunt
insuperabiles oratores? **U**bi qui convenientius festa dispo-
nebant? **U**bi equorum splendide nutritores? **U**bi exercitu-
um duces? **U**bi satrape et tyranni? **N**onne omnes puluis et
fauille? **N**one in paucis versibus est eorum memoria vite?
Respice eorum sepulchra et vide quis seruus: quis dominus
quis diues: quis pauper? **D**iscerne si potes vinctum a rege.
fortem a debili: et pulchrum a deformato. **S**ciendum quoque
est: quod humana gloria: ex quacunque re sit causata: propter qua-
tuor rationes est ab omnibus fugienda. **P**rimo: quia vilissi-
ma ex sua conditione. **S**ecundo: quia vanissima siue fragi-
lissima in duratione. **T**ercio: quia falsissima in promissione.
Quarto: quia malignissima in retributione. **D**ico primo quod
mundana gloria ideo nobis est fugienda: quia vilissima: et
hoc de sua natura. **U**nde scribitur. primi. **S**achabeorum.
capitulo secundo. **G**loria eius stercus et vermis: hodie extol-
litur: cras non inuenitur. **Q**uid in rebus stercore detestabili-
us: quid in animalibus verme vilius? **E**rgo si temporalis glo-
ria hominis stercus et vermis consistit. non est hominibus
appetenda sed fugienda. **E**st namque mundi gloria putrido li-
gno similima: de quo philosophus docet: quod de nocte lucet: sed
putridum apparet in die. **Q**uid enim est hominem gloria va-
na putridum de nocte lucem habere: nisi in hoc presenti tem-
pore quod nocti vmbrose est simile: gloriosius incedere: et lu-
minosus infirmis oculis apparere. qui non possunt nisi secun-
dum ea que foris sunt iudicare. **S**ed quando dies iudicij ad-
uenerit: in quo illuminabit dominus abscondita tenebrarum:
et manifestabit consilia cordium. tunc qui modo videntur glo-
riosi apparebunt putridi et vilissimi: et penitus non curandi.
Item tales mundi potentes sunt lucipete similes: que volan-
do in nocte lucet: et in die later: ac tota nigra apparet. **S**i hec
attenderet qui in caducis suis diuitijs gloriantur: qui quodam
fetide carnis post modicum in cinerem reuersure nobis-
sitate potentia et dignitate extolluntur. et alios contemnendo
deprimunt: quod in futuro vilissimi: nigri et putridi apparebunt

puto q̄ modo cordialiter detestarentur gloriam huius mundi
temporalem. hoc scientes q̄ impossibile est vt dicit Hiero
nymus. vt homo in celo et in terra appareat gloriosus. **¶** **D**i
xi secūdo. q̄ gloria mundana est nobis fugienda. quia est fra
gilissima: nec est vlla stabilitate firmata. Sic nanq̄ est dese
ctiua vt quelibet vaporosa vel fumosa substantia. Fumus
enī quanto plus in altum se erigit: tanto plus esse desinit. do
nec penitus euanescat. Flos magni odoris et ad tempus mi
rabilis venustatis: ad modicum tactum solis vrentis arefcit:
et omnis gloria eius perit. Unde dicitur **Esaiē. xl.** Omnis
caro fenum: et omnis gloria eius quasi flos feni. **Exaruit fe
num: et flos eius decidit: et omnis gloria eius deperijt.** Ama
tores igitur temporalis glorie: similes sunt feno tectorū: quod
priusq̄ euallatur exaruit. Unde **Ecclesiastici. x.** Omnis po
tentatus breuis vita: rex est hodie: et cras moritur. Nam vbi
est nunc gloria **Assueri regis: qui per centum prouincias im
perauit: Vbi gloria illius maximi Alexandri: in cuius con
spectu omnis terra siluit: Vbi nunc gloria totius romani im
perij: quod ad modum ferri omnia regna terre perdomuit:
Vbi sunt principes mundi: qui dominabantur super bestias:
Nonne omnes tanquam peregrini et hospites vnius diei
ei velocissime transierunt: Vere sic. Nam vnus ex eis non
remansit: quia in vanitate defecerunt dies eorum: et anni eo
rum cum festinatione. Nam commune mori: mors nulli par
cit honori. Mors fera mors nequam: mors nulli parcit et
equam. **Tuncis dat legem: tollit cum pauere regem.**
¶ Tercio mundana gloria ideo est nobis fugienda: quia fal
sissima est nulli seruans promissa: sed omnes homines fal
sē in via. Quem enim imperatorum: quem principum nō
decepit: Longam enim et honorabilem vitam: pacificam et
securam potentiam suis pmittit: cum vnum momentū tem
poris vite addere non possit. Quis enim in temporali gloria
**Alexandro similis: qui nullum vnquam bellum pdidit: sed
cum paucis multitudinem sepe vicit. nullam ciuitatem obse
dit quam non ceperit. nullam prouinciam vnquam inuasit:
quam non sue ditioni submisit. Et tamen quando omnia****

se subiugasse credidit: let pacifice vitam ducere sperauit: tunc
in momento veneno deperit. Quid igitur hanc mundi glo-
riam sequeris: a qua in morte iuuari non poteris. Unde **Pe-**
trus **Blesensis**. in quadam epistola. Gloria mundi fallax et
seductoria suos decipit amatores. Quicquid enim vel in fu-
turo promittit: vel in presenti pretendit: totum ad nihilum des-
ueniet tanquam aqua decurrens. **Quarto** mundana glo-
ria ideo nobis est fugienda et contemnenda: quia malignissi-
ma in retributione: quia non perducit ad gloriam: sed ad pe-
nam et confusionem sempiternam. Unde **1. sec. iij.** **Gloriam**
in ignominiam commutabo: videlicet in morte quando gloria
transibit in summam ignominiam seu confusionem: poten-
tia in impotentiam. sapientia in stulticiam: et omnis delectatio in
maximam penam. Nam et iuxta mensuram culpe: erit mensura
pene. **Hieronymus** alloquitur ipsos temporalis glorie amatores ita
dicens. **Ue ue vobis** qui ad celorum regna diuitiarum itinere fes-
tinatis: quam facilius est camelum transire per foramen acus: quam
diuitem intrare in regnum celorum. Non mea sunt hec verba:
sed **Christi**. Si hec reuocabilis est sententia: **Christus** omni-
no non est deus. **Celum** inquit idem et terra transibunt ver-
ba autem mea non transibunt. **Ululate** vos miseri: vento instabi-
lis fortune nobiles et potentes: qui alios confunditis: et tanquam
ignobiles conculcatis: quia huius mundi vanitatum hono-
rumque et falsarum dignitatum fumo obcecati. **Cum** vestre vi-
te breuissime tela: morte velud a terente: forte hac nocte succi-
detur: in inferno sine interminabili pro alijs cruciabimini: con-
tinuo moriendo viuentes. **In** laboribus hominum in mun-
do non estis: immo non solum cum hominibus labores non
fertis sed et laborantes viuere non permittitis. **Idcirco** non cum
hominibus: sed cum diabolis flagellabimini. **Quanto** enim in mun-
do maior fuerit gloria et leticia: tanto maior erit in inferno pre-
parata pena. **Sed** quid dicam. **Duodecim** fatemur **Christum**
apostolos elegisse: quorum vnus omnium solus **Bartholomeus** carnis
origine fuit nobilis. et **Mattheus** diuitibus antequam apostolatum
reciperet insistebat: ceteri vero erant pauperrimi piscatores.
Cur hec retuli audiatis. **Si** **Christus** verax est: et si omnia

que ex ore eius audiui mendacia non sunt: huiusmodi hominum vix vnus aptus regno dei reperietur de mille. Qui vero eorum mihi non credunt: post modicum enim tempus in tormentis positi sentient. Sed forte quis veritatis lumine cecus iam mirabitur. Ad quem ego si ex hoc me interrogaret responderem. Nonne vnico credimus damnari hominem mortali peccato? Sed si hoc inquiet ita est: vix saluabitur vnus de centum milibus. Sed quid diues et mortalis auro passus aliud est: quam quoddam omnium peccatorum vas putridum? Vbi superbia. vbi auaricia. vbi luxuria? nonne in diuitibus: nobilibus et potentibus. Nonne et latrones sunt: qui et pauperum mercedem violenter depredant: et eos deprimunt atque necant? Quid ex veritate domus domini faciunt: quam ut pauperibus necessaria ordinaret receperunt? Certe superfluitatem vestimentorum superfluitati nimie addunt: et de pauperibus frigore et nuditate morientibus non curantes. Palatia et magna erigunt edificia: ut humanis oculis contemplantur: et pauperes in plateis moriuntur incommodis. Convivia frequenter preparant alijs diuitibus: ut ferculis delicatissimis suam ventris repleant ingluuiem: quibus pauperes fame pereunt. Quid aliud est eorum vita quam peccata? Nonne ad fores adest luxuria? Quid ergo amplius loquar: cum omnium mortalium lingua deficeret: ut que peccatorum facerent intimeret? Nec deum nisi somniando cognoscunt: nec se ut puto morituros arbitrantur. Non enim facile in peccata labitur qui se moriturum cogitat: et deum sibi fore iudicem non ignorat. Vere nimis est imbecillus et miser: cui horum est memoria: si cuncta diabolica tentamenta non facile vilipendit. Idcirco vere dicam: si deum suum iudicem agnoscerent: etiam si se mori crederent: non peccarent saltem tam seuerere. Cur hi miserrimi ad ecclesias properant ut diuinis intersint mysterijs: an ut contemplantur mulierum vultus? Nec sua est meditatio et dei cognitio. Si diuinam percontantur legem: ut propter pecunias terram et mare peragrantes: crebris vigilijs et meditationibus sibi et filijs suis diuitias congregent. Tertatim vestimenta sua in societate mirra artificij varietate perornata frequenter mutant: ut ludos

in vanitatibus petis solatia? Diuitias: gloriã et cetera tibi placita non inuenies hic: quia hic non sunt. Sed si vera queras gaudia: ad illam celestem gloriã spera ad quam factus es. Ibi certe illa vera sunt gaudia: que oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs ascendit. Dimitte queso caduca et momentanea: vt habere valeas eterna et perpetua. Sed quid de his qui nec dei timore nec amore: nec mortis nec tormentorum subsequentium terrore a peccatis cessant: sed dolent: si vt optant praua agere nõ possint? Dicam: ve ve miseri qui hic ridetis: quia plangetis. Ne qui ista optatis gaudia temporalia: quia vobis inuitis sustinebitis tormenta infernalìa. Ecce modicum vobis restat temporis. Implete mensuras maliciarũ vestrarum: vt veniat super vos omnis diuina indignatio. Fruamini hoc paruo tempore in iocis et ebrietatibus: prelijs contentionibus choreis et procationibus: nec vacuũ pterire tps pmittitis. Quid moramini dum viuitis cõgregare filijs vestris honores diuitias et potentias? Vestra auge te nobilitatem et famam: vt et vestri possint filij que fecistis explere: quatenus cum illis pariter in inferno ampliora patiamini tormenta. Sed forte quis dicat. Benignus est deus et misericors: qui omnem peccatorem ad se redeuntem recipit et indulget. Verum hoc quidem esse fateor. Benignior est dominus q̃ creditur: et vniciq̃ parcit ad se vt concedet redeuntem. Nonne benignus est dominus: qui tantas iniurias tolerat a peccatoribus: dans eis temporis spacium vt emendentur. Sed hoc non eris: quia sicut benignus est tolerando: ita iustus est puniendo. Sed quis iterũ dicit: q̃ vir qui toto tempore quo vixit malefecit: in mortis articulo accepta penitentia: a deo veniam obtinebit. Deu q̃ vana suspicatio et falsa meditatio. Vix de centum milibus hominum: quorum semper fuit mala vita merebitur indulgentiã habere vnus. Vir totus in peccato genitus et nutritus: qui nec dum vidit nec agnouit: nec audire de eo voluit: nec se peccasse cognoscit: nec quid petentiã sit: nisi forte dormiendo nouit. totus adhuc secularibus innodatus negocijs: quem angustia premit filiorum quos deserit: que infirmitas conterit: que dolor diuitiarũ

et temporalium bonorum concutit: cum eis nō posse frui amplius se cernit. q̄ acceptam deo accipit penitentiaz quam nō acciperet si adhuc se sanari crederet. **Certe** concludam. **Qui** dum sanus est et iuuenis deū offendere nō formidat: in morte non merebitur diuinam indulgentiam obtinere. **Que** nanq̄ est illa penitentia quam solum quis accipit: qui se viuere amplius non posse cernit? **Qui** si ex infirmitate conualesceret: peior q̄ prius fieret. **Scio** non medicos pecuniosorum in mortis articulo accepta penitentia conualuisse corpore et peiorasse vitam. **Hoc** teneo hoc verum puto: hoc multiplici experientia didici: q̄ ei non est bonus finis: cui mala fuit semper vita: qui peccare non timuit: sed mundi vanitatibus semper vixit. **Hec omnia Hieronymus.** **Pro** his omnibus dilectissime mihi si recte sapis: si tecum lumen oculorum est: cōtemne hec omnia: scilicet caducas mundi diuitias: et falsam eius gloriam propter eum qui est super omnia. **Et** quid prodest homini si lucretur vniuersuz mundum: anime vero sue detrimentum patiatur. **Scitote** omnem honorem huius seculi esse impedimentum graue quoddam peremptorium salutis eterne. **Quem** enim legimus a secularibus delitijs ad eternas delitias migrasse? **Q̄** fallax et vana est gloria quā homines ab inuicem petunt et accipiunt: et gloriam que a solo deo est non querunt. **Homo** si alijs vult preferri: nōne collega illius est qui dixit: **Ponam** sedem meam ad aquilonem: et similis ero altissimo? **Sed** cuius ascendit cathedrā: eiusdē timeat precipitium et ruinam. **Aug⁹.** **Q̄** felix q̄ beatus est qui solo desiderio eternitatis inardescit: quia nec prosperitate attollitur: nec aduersitate quassatur: et dū nil habet in mundo quod diligat: nihil est in hoc mundo qd̄ pertimescat. **Gloria** huius mundi nihil aliud est: q̄ quedam vana aurium inflatio. **Q** quantum ergo excecatus es si huius mundi gloriā queris. **Nam** vt ait **Anselmus.** **Non** potes esse in honore: sine labore. in prelatione sine turbatione. in sublimitate sine vanitate. **Unde** charissime si prudenter periculum tuum qd̄ est temporali mundi honore incurris aduerteres p̄culdubie animum tuum a seculi vanitatibus cobiberes.

De morte semp et vbiq̄ catienda et expectanda. **Ca. vi.**
Mor esto quonia mors non tardabit. scribitur. **Ec**
clesiastici. xiiij. Quam multa bona conferat homini
mortis memoria: in multis sacre scripture locis decla
ratur. **Unde Ecc. viij. dicitur.** Demorare nouissima tua: et
in eternum non peccabis. **Ubi beatus Bern.** ita ait. Sum
ma felicitas est meditatio mortis assidua. Hanc vbiq̄q̄ ho
mo perrexit secum portet: et in eternum nō peccabit. **Augu**
stinus. Nil sic reuocat a peccatis: sicut frequens cogitatio
mortis. **Hec est enim illa que facit hoiem se humiliare: omnia**
contemnere: et penitentiam aggredi siue acceptare. **Hicrony**
mus. Facile contemnit omnia: qui se semper cogitat moritu
rum. **Fam cōcupiscentia oculoz cōtemnitur quando quis**
cogitat se tam breuiter relicturū omnia. **Concupiscentia car**
nis despicitur cum quis considerat: q̄ corpus suum p̄rium
quasi in instanti erit cibus vermiū. **Superbia vite spernitur**
dum quis hoc corde ponderat q̄ ille qui vult modo esse sup
alios: ponetur in terra subtus pedes omniū. **Utinam at**
tenderent omnes reges et principes et diuitijs abundantes
in hoc mundo: quomodo a tam amplis palatjs sunt defes
rendi ad sepulchrum tam stricium. et a palatjs tam luminoso
sis et fulgidis ad sepulchrum tam horridum et obscurum. et
a palatjs floribus et depictis imaginibus adornatis: ad ses
pulchrum tam fetidū. et a palatjs sic rebus omnibz subple
nis ad sepulchrum tam indigens et egenum. et a palatjs fi
lijs et famulis adornatis ad sepulchrum sic vacuū sic a filijs
et amicis derelictum. **Ubi est illa p̄terita pompa? Ubi pre**
terita gloria? Ubi famuloz subsequentiū turba? Ubi vesti
menta illa tam fulgida? Ubi culcitra illa tam mollis et tene
ra? Ubi ferula illa tam varia et diuersa? Deu qui paulo an
te v̄uebat in delicijs in palatio: totus manducatur a vermibz
in sepulchro. **Unde Innocentius papa.** **Deu fratres attē**
dite. **Eccē enim qui paulo ante inclius et diues residebat in**
domo: ecce q̄ pauper iacet in tumulo. **Et qui gloriosus inces**
debat in aula: ecce q̄ deformis et despectus iacet in tumba.
Et qui vescebatur delicijs in cenaculo: ecce nunc consumitur

a vermibus in sepulchro. **D**e hac etiam memoria mortis sic scribit Petrus Damianus ad quandam comitissam. Pensandum sepe est: cum iam peccatrix anima vinculo incipit carnis absolui: quibus amaro terrore percussitur: quantis mordacis conscientie stimulis laceratur. Recolitur verita que commisit: videt mandata que negligenter implere contempsit. Dolet indulta penitentie tempore sese inaniter precepisse: plorat immobiliter districte ultionis articulum inevitabiliter imminere. **D**anere satagit: exire compellitur: recuperare vult tempore perditam: sed non auditur. Post terga respiciens: totius transacte vite cursum: velut unum brevissimum deputat itineris passum. Ante se oculos dirigit: et infinite penitentiae spacia deprehendit. **P**lorat itaque quod in tam brevi spacio acquirere potuit omnium letitiarum seculorum. **D**eflet etiam se propter tam brevis illecebre voluptatem inenarrabile perpetue suavitatis amisisse dulcedinem. **E**rubescit quia propter carnem que vermibus erit obnoxia animam neglexit: que choris erat angelicis inferenda. **J**am radios mentis attollit: et cum divitiarum immortalium gloriam contemplatur: eam propter vite huius inopiam se perdidisse confunditur. **T**uncque sub se reflectit oculos ad huius mundi vallem tetramque caliginem: super se vero miratur eterni luminis claritatem liquido deprehendit: quia totum nox erat et tenebre quod in hoc mundo amavit. **I**nterea oculi contabescunt et vertuntur in capite: pectus palpitat: raucum guttur anhelat. paulatim dentes nigrescunt. pallefcunt ora. membra cuncta rigescunt. vene rumpuntur in corpore: cor scinditur in dolore. **D**um hec itaque et homini tanquam vicina morti precedentia famulantur officia assunt omnia gesta simul et verba: nec etiam ipse cogitationes desunt: que omnia amarum aduersus actorem testimonium reddunt. **C**oactuantur cuncta ante respuentis oculos: et que conspicerere refugit: coactus et inuitus attendit. **A**dest propterea hinc horrenda demonum turba: illinc virtus angelica. in illo qui medius est liquido deprehenditur cui parti iure possessio vendicetur. **N**am si pietatis in eo inveniuntur insignia: visitationis angelice blanditijs delinitur: atque armoniace melodie dulcedine ut exeat provocatur. **E**t si eum sinistre parti meritorum nigredo et feditatis squalor adiudicet: intolerabili mox terrore concutitur: **L**

repentini impetus violentia perturbatur. precipitanter innadi-
tur: ac de misero carnis ergasculo violenter exire cōpellitur.
Tunc aīa vadit ad labia. **E**t interrogant labia. **Q**uid vis o
anima? **R**espondit aīa et dicit. **E**xire me oportet. **D**icūt ei la-
bia. **N**ō p nos intrasti: nec per nos exibis. **T**ūc vadit ad na-
res. **E**t respondent nares sicut labia. **P**ostea venit ad oculos
deinde ad aures: et nō p̄t per eas exire. **T**andem ad summi-
tatem capitis vadit et ibi exit: qz ibi intrauit. **T**unc sedet sup
verticem capitis circūspiciens huc atq; illuc. **T**ūc p̄cipit ma-
ximam tristitiā si est damnanda: et dicit ad seipam. **O** tu ma-
ledicta aīa ex cōmunicati: latronis: furis: adulteri: fornicato-
ris: feneratoris: p̄uri. **Q**uando tunc circumspicit illa infelix
aīa: et videt vestem suā quā habuit in fonte baptismatis can-
didam et immaculatā nigriorem pice ac coruo. **T**unc misera-
biliter suspirat dicens cū horribili fletu et clamore. **V**eu
heu quis mutauit vestem meā. **N**ōne vestis mea candidior
erat niue: et modo immundior est pice et nigrior coruo. **T**unc
apparet diabolus qui seduxit eam: et quē ip̄a secuta est in hoc
mundo: angelus scilicet sathane dicens ei. **N**oli mirari ami-
ca mea: ego sum qui p̄parauī tibi hanc vestem: sed tu sola nō
es induta tali veste: sed maior pars totius mundi. **T**unc dī-
cit aīa. **Q**uis es tu? **D**iabolus respondet dicens. **N**onne ego
iam dixi tibi: qz ego sum qui p̄parauī tibi has vestes: et viam
meā ostendi tibi: mibi qz in omnib; obedisti et credidisti et la-
borasti mecū et omne consiliū meum fecisti. **I**deo habitabis
mecum in regno vbi tristitia sine leticia: vbi fames sine cibo:
vbi sitis sine potu. vbi tenebre sine luce. vbi fetor sine bono
odore. vbi dolor sine solacio. vbi planctus sine remedio. vbi
fletus sine interuallo. vbi clamor sine silentio. vbi ululatus si-
ne moderantia. vbi ignis inextinguibilis sine refrigerio. vbi
ventus validus sine tranquillitate. vbi frigus sine modo. vbi
calor sine termino. vbi omne malū sine omni bono. **O** ami-
ca mea surge veni mecū. **E**cce angeli inferni veniūt obuiam
tibi et cantabunt tibi canticum doloris et tristicie: canticum
amarum valde. **T**unc etiam apparebit ei angelus dī cui ip̄a

commissa fuit a deo et dicet. **B**eatus qui vitauit hanc vestem
in mundo. **D** quam infelix es amica diaboli. o maledicta cre
atura. o maledictio dei omnipotentis. **T**ecum fui et non vis
disti me. docui te et noluisti intelligere me. consului tibi: et no
luisti audire me. **V**ade ergo modo in manus demonum. et
vide locum tartareum qui pparatus est tibi. **J**am opera tua
iudicauerunt te. **E**t tunc vero quis explicare valeat: quot ar
mate iniquorum spirituum acies in insidijs lateant: quot fre
mentium cunei feralibus telis instructi tunc insurgant: a qui
bus infelix anima ad eterna supplicia cum amaritudine per
trahitur. ei derisorie improperantibus peccata sua et dicen
sibus. **D** in quantum superbisti huic usq. **D** quam splendis
de epulata es. **D** quam curiose vestita fuisti. **D** quam fortis
quam velox fuisti. **D**ic nobis cur modo non superbis. **C**ur
modo non epularis. **C**ur non varie vestiris. **C**ur non ha
bes curam de diuitijs tuis. **C**ur non modo solaciaris cum
vxoze tua: cum filijs et filiabus et amicis. **C**ur non loqueris
eis? **A**nima vero misera corpori suo maledicit: ita dicendo.
D templum diaboli: opera tua polluerunt me. **D** maledicta
terra. **D** habitatio sathane: surge cito et veni mecum: vt vide
as loca tormentorum que sunt mihi preparata propter te: in
quibus ego ero vsq. ad diem iudicij: tu vero extunc mecum
eris in eadem damnatione in eternum. **M**aledicti sint oculi
tui: qui noluerunt videre lucem veritatis et viam iusticie dei.
Maledicte sint aures tue: que noluerunt audire verba vite
eterne. **M**aledicte sint nares tue: quia noluerunt odorem san
ctarum virtutum admittere. **M**aledicta sint lingua et labia
tua: quia non gustauerunt eterne patrie gaudia nec aperue
runt ostium oris ad laudes sue creatoris. **M**aledicte sint ma
nus tue: quia per eas non sunt porrecte pauperibus elemosy
ne. **M**aledicta sint pectoris tui precordia: quia eructabant
pessima consilia. **M**aledicti sint pedes tui: quia ecclesie chris
ti non visitauerunt edes. **M**aledicta sint omnia membra
tua: quia celorum mihi exemerunt gaudia. **M**aledicta sint
omnia opera tua: quia eterna mihi adeptis sunt supplicia.

Ecce charissime de quanto periculo te potes liberare: de q̄s magno timore eripere si modo sp̄ timoratus fueris: et de morte suspectus. **S**tudenunc taliter viuere: vt in hora mortis valeas potius gaudere q̄s timere. **D**isce nūc mori mundo: vt tūc incipias viuere cum christo. **D**isce nunc oīa p̄temnere: vt tūc possis libere cum christo ad gloriā p̄gere. **C**astiga nunc corpus tuū p̄ penitentiam. vt tunc valeas certam habere p̄fidentiam. **P** q̄s felix q̄s prudens: qui talis nūtitur nunc esse in vita qualis optat inueniri in morte. **A**ge age nūc quicquid potes: quia nescis qm̄ morieris: nescis etiā quid tibi post mortem sequatur. **N**oli cōfidere sup̄ amicos et p̄rimos: quia citius obliuiscuntur tui q̄s estimas. **S**i nō es sollicitus pro teipso modo: quis erit p̄ te sollicitus in futuro. **M**elius est nunc tempestiue p̄uidere: et aliquid boni p̄mittere: q̄s sup̄ aliorū auxilio sperare. **D**um tps habes congrega diuitias immortales elemosynarum largitione. **F**ac nūc tibi amicos venerando dei sanctos: vt cum defeceris in hac vita: illi te recipiāt in eterna tabernacula. **G**regorius. **C**urandum nobis est: et cum magnis quotidie fletibus cogitandū: q̄s seuis sua in nobis opera requirens in die nostri exitus princeps huius mundi veniet. **B**ernhardus. **Q**uis inquit ille p̄uor erit o anima mea cum dimissis omnib; quorū est tibi tam iocunda p̄sentia: tam gratus aspectus: sola penitus incognitam regionē egredieris et occurstantia tibi cateruatim irruere illa teterrima monstra videbis? **Q**uis in die tante necessitatis occurret? **Q**uis tuebitur a rugientib; preparatis ad escam? **Q**uis consolabitur quis deducet? **S**ed occurrunt vtlq; iustorū animab; angeli sancti: demones arcendo: ne illas exeuates impediāt: ac ip̄as in celum cum gaudio deferendo. **P**orro de iniquarum aiāz transitu dicit **B**ernhardus. q̄ est illis horror in exitu: dolor in transitu: pudor in conspectu glorie magni dei. **U**nde **P̄s.** **M**ors peccatorū pessima. **M**ala in amissione mundi. peior in corporis et anime separatione. pessima in vermīs p̄teritione: et ignis concrematione: et quod omnium pessimum est: in diuine contemplationis p̄uatiōe. **C**onsidera ergo dilectissime mibi frequenter q̄ mors nō potest declinari: hora mortis nō

potest inuestigari: tempus a deo for-
dinatum non potest im-
mutari. **D** vita secura: vbi cōscientia pura: vbi mors sine for-
midine expectatur: cum dulcedine ad optatur: et cum deuotio-
ne acceptatur. **B**ona siquidem est mors iusti ppter requiē
melior ppter nouitatem: optima ppter securitatem.

De gaudijs paradisi; et penis inferni. **¶** Ca. vij.

Oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor homi-
nis ascendit: que parauit deus his qui diligunt illū.
scribit in prima epla beati Pauli apli. ad Corinth.
ij. **D** anima peccatrix et misera: vt tibi iam vilescant omnia
que sunt in terris attende diligenter: que et quanta sint que p-
parantur electis in celis: **U**nde sciendum q̄ tot et tanta sunt
in celis gaudia: q̄ omnes arithmetici huius mundi non pos-
sent ea enumerare. omnes geometrici non possent ea mensu-
rare. omnes grāmatici. rhetorici. dyalectici nō possunt ea ser-
monibus explicare: quia oculus non vidit nec auris audiuit
z̄c. **G**auderunt quippe sancti supra se de dei visione: infra se
de celi et aliarum creaturarum corporalium pulchritudine. in-
tra se de corporis et anime glorificatione. iuxta se de angelo-
rum et hominum associatione. **A**nshelmus vero ponit septē
bona anime que habebunt iusti in celestis patrie beatitudine
Et primo ponit bona corporis: que sunt pulchritudo: veloci-
tas: fortitudo: libertas: sanitas: voluptas: eternitas iustorum
dicens. **I**n illa ergo vita iustorū pulchritudo solis pulchri-
tudini que septemplex modo sit: speciosior erit: ad equa-
bitur. quemadmodū diuina scriptura testatur. **F**ulgebūt iu-
sti inquam sicut sol: in regno patris eorum. **V**elocitas nos
tanta comitatur: vt ipis angelis dei eque similes simus. qui
a celis ad terras: et a terris in celum dicto citius dilabuntur.
Huius quoq; velocitatis exemplum in radio solis licet intu-
eri: qui statim orto sole in plaga orientali pertingit in vltimo
plage occidentalis: vt in eo perpendamus non esse impossi-
bile: quod de nostra dicimus velocitate futura: cum in rebus
animatis soleat esse maior velocitas q̄ in inanimatis. **P**re-
ualebunt viribus quicunq; meruerint supernis ciuibus soci-
ari intantum vt nullatenus illis obistere quicq; valeat. vel si

Lij

mouendo vel euertendo voluerint: quid a suo statu quocumque
que diuertere eis illico cedat nec in eo quod dicimus maiori con-
nati laborabunt quam nos modo: in motu oculorum nostrorum.
Ne queso excidat animo quam adipiscemur angelorum si-
militudo: quatenus si hic. aut his que dicturi sumus: aliud
exemplum non occurrit: ipsa occurrat: atque in quibus ange-
lis valere constiterit: etiam eque nos valere probet et asserat.
Quicumque ergo fuerint angelorum similitudinem assecuti: cor-
porumque securitatem necessario assequantur. **I**taque sicut ange-
lis nihil obsistit: nec aliquid eos impedire vel constringere po-
test: quin pro velle suo cuncta liberrime penetrent: ita non erit
obstaculum vllum quod nos detineat: nec elementum quod
nos ad velle parum obsistat. **D**e sanitate quid melius dici po-
terit: quam quod **P**salmista canit. **S**alus inquitur iustorum a
domino. **Q**uibus autem fuerit vera salus que subire poterit
infirmas. **C**redere et incunctanter astruere licet sanitate vi-
te future ita iugem et incommutabilem: ac immobilem fore: ut
ineffabili quadam atque sensibili suauitatis dulcedine totum
hominem repleat. et omne quod alicuius in se vicissitudinis
mutabilitatis aut lesionis suspicionem pretendere queat pro-
cul arceat atque repellat. **I**n illa futura vita inestimabilis que-
dam delectatio bonos inebriat: et dulcedine sui totos eos in-
estimabili exundantia faciabit. **Q**uid dixi totos? **O**culos au-
res os manus pedes guttur cor iecur pulmo ossa medullae ex-
ta etiam ipsa et cuncta singillatim singula queque membra co-
rum in communi tam mirabili delectationis et dulcedinis sen-
su complebuntur ut vere totus homo torrente voluptatis dei
potetur: et ab ubertate domus eius inebrietur. **Q**ui ergo hec
bona fuerit adeptus: non intelligo ad quid corporis sui pro-
comodo ulterius porrigatur affectus. **S**olummodo assit ei
quam cunctos appetere diximus diuturnitas vite. **S**ed ista
illi minime deerit: quia in sti in perpetuum viuunt. **S**unt etiam
alia que quidem his que digessimus non minus amantur:
sed ad animam sicut illa ad corpus referuntur. **Q**ue nisi
bilominus in septenario numero constituta: non modicum
placent menti: que ipsorum fuerit sapore imbuta. **S**unt autem

hec: sapientia: amicitia: concordia: potestas: honor: securitas:
gaudium. **S**apientia ergo tanta in futura vita bonis erit: ut
eorum que scire voluerint: nihil sit quod ignorent. **S**cient
enim cuncta que scienda sunt. **F**ecit deus tam ea que preteri-
ta sunt: quae que huius seculi sunt: futura. **I**bi a singulis omnes
ibi ab omnibus singuli cognoscentur: nec quencumque omnino la-
tebit quae patria qua gente quae stirpe quis editus fuerit: vel quid in
vita fecerit. **A**micicia instantum singularis intima erga singu-
los suo fervore complebit: ut amor cuiusque in quencumque suffici-
at cuique: praesertim cum omnes sint unum corpus **C**hristi. et
christus qui est pax ipsa sit omnium caput nec minori se affe-
ctu complectantur quam membra unius corporis sibi invicem.
copulantur. **A**mabis ergo omnes sicut teipsum: et amaberis
ab omnibus ut ipsi a se. **P**utas abundans eris in dilectione
quando hoc tibi fuerit in possessione? **A**ttamen ipsa transiet
contemplare eum per quem hec bona tibi pervenire: et percipi-
pies quia ille plus quam tu ipsum: et quam omnes alij incomparabi-
liter amabit te. et tu super teipsum ineffabili quadam suavi-
tate ipsum amabis. **S**ic itaque tanta in cunctis erit concordia
ut in nullo senties aliquem discrepare ab eo quod te constite-
rit velle. **C**orpus unum erimus: sponsa christi erimus: qui-
cumque ibi erimus. **N**on ergo maior inter nos discordia erit quam
nunc est inter unius corporis membra. **V**erum sicut vides in
motu oculorum: quod illuc quo unus vertitur: mox alius sequi-
tur. ita quocumque velle tuum converteris: velle omnium sine
discrepatione illico tibi praesto habebis. **Q**uid dixi omnium?
Ipsa dei voluntas non erit a tua diversa: sed sicut tu quod il-
le: ita et ille in cunctis quod tu. **C**aput namque a suo corpore
quomodo discreparet? **C**um itaque deum et omnes tue volun-
tati concordans habueris: profecto nihil voles quod non possi-
sis. **O**mnipotens ergo eris voluntatis tue: quam ipsum omni-
potentem habebis in omnibus concordantem voluntati tue. **I**taque
cum hec tibi tanta gratia affuerit: honor praecedens gratiae mini-
me deerit. **I**gitur dum possessione horum bonorum que digessimus
felix fueris: nonne tibi sufficiens videberis? **M**axime inquis.
Itaque cum ipsa vita perpetuo duret in illa vita: et hec omnia tibi beati

securitas quoque ea amplius non perdendi certa arriserit: obsecro quid existimas tibi erit. **S**ecurus ergo tantorum bonorum perpetuo eris: nec alicuius tibi aduersari volentis incursum timebis. **P**otest ne ergo illius gaudij modus a quoquam homine penetrari: cum ultra mille milia et decies milia centena milia innumerabiles ibi sunt et omnes eadem beatitudine fruantur: nec ullus eorum sit qui non tamen de bonis alterius gaudet quantum de suo. **P**reterea videntes deum ipsum quem ipsi supra se amabunt ipsos amantem: et intelligentes inenarrabiliter plusquam semetipos illos amantem in gloria eius mira et ineffabili exultatione exultabunt. **C**um ergo iusti fuerint tanta felicitate beati: restat ut iniusti per contrarium sint ineffabili quadam infelicitate miseri. **S**icut enim iustos mira pulchritudo velocitas fortitudo libertas sanitas voluntas alacritas faciet inbilantes: ita iniustos immanis et inestimabilis feditas tarditas imbecillitas seruitus languor atque dolor merces reddet et ciulantes. **S**ane diuturnitate vite quam iusti pro fruendis bonis summo amore complectentur: iniusti autem pro interminabili pena qua torquebuntur: quam inerit illis summo odio execrabunt. **D**e sapientia vero quod dicam non inuenio: nisi quia sicut iustis erit in gaudium et honorem: ita iniustis quicquid scient erit in merorem et confusionem. **A**micitia autem qua iniustum pro summa iocunditate copulabuntur: si qua impijs erit: in tormentum illis erit. **Q**uo enim magis quousque amabunt: eo magis in eorum pena dolebunt. **D**iscordiam habebunt cum omni creatura, et omnis creatura discordabit cum illis. **H**inc ergo pro potestate bonorum tanta impotentia eos sequetur: ut omnino nihil eorum que voluerint possint: et quicquid habuerint nolint. **I**gitur pro honore sanctorum obtinebunt perhenne obprobrium. **E**t hec quo sine claudentur. **V**ere sicut amici dei securi erunt se nunquam amissuros bona sua: ita isti inimici dei omnino desperabunt se amplius iam perdituros hec mala. **P**ro eterno ergo et ineffabili gaudio bonorum: hereditabunt incogitabilem tristitiam omnes qui pro impenitudine reatus sui transaturi sunt in societate demoniorum. **h**ec Anselm? **I**n illa ergo futura

beatitudine vt ait beatus Aug^o. Deus omnes sensus beatorum spirituali et ineffabili delectatione reficiet: cum ipse obiectum oim sensuum sit futurus. Erit namq; deus speculū visus: citara auditui: mel gustui: balsamū olfactui: flos tactui: quia ppter ea deus homo factus est: vt totū hominē in se beatificaret. Unde sensus interior reficietur in contemplatione humanitatis. Et breuiter scdm Aug^o. et Gregorium. tanta est ibi pulchritudo iusticie: tanta iocunditas lucis eterne: vt etiam si nō liceret in ea amplius viuere seu manere nisi quantum est vnius diei mora ppter hoc innumerabiles huius vite dies pleni delitijs et circumfluentia tpalium bonorum recte meritoq; contemnerentur. Non enim falso aut paruo affectu dictum est. quia melior est dies vna in atrijs tuis sup milia.

Berū. Quis in hac vita pensare potest: quanta sit illa felicitas beatorū: videre deum: viuere cum deo: viuere de deo: esse cum deo: qui erit omnia in omnib; habere deum qui est summum bonum: et vbi est summum bonum. ibi est summa felicitas: summa iocunditas: vera libertas: pfecta charitas: eterna securitas: et segura eternitas. Aug^o. **O** gaudium sup gaudium: videre deum qui fecit eum: qui saluauit eum: qui glorificauit eum: videre faciem dei sui: quod est summum bonum. gaudium angelorum atq; omnium sanctorum. Qui quidem deus scdm Gregoriū. tam inestimabilis est: vt angeli qui solem septemplexiter sua vincunt pulchritudine iugiter in eum insatiabiliter desiderent pspicere. Item Aug^o. Nulla ibi cōsurget malicia: nulla carnis miseria: nulla iam peccandi voluntas: nulla delinquēdi potestas: sed totum exultatio. totum leticia possidebit homines angelis sociatos. **O** anima mea iam audiisti quāta sint iustorum gaudia q̄ grandis leticia: quanta serenitas. quanta iocunditas illius superne ciuitatis. **O** felix iocunditas: o iocunda felicitas sanctos videre et cū sanctis esse: et esse sanctum. deum videre: deum habere in eternum et vltra. **S**i quotidie oporteret nos tormenta perferre. si ipsam gehennā longo tempore tolerare: vt christum in sua gloria videre possemus: et sanctis eius sociari: nonne dignū erat pati omne qd triste est: vt tante glorie: tantiq; boni pticipes

haberemur. **Q**ua propter anima a turba terrenorum desideriorum secessum mentis petamus: et inde a secreto cordis illicitarum cogitationum tumultus expellentes et intentiones superne patrie in amore intime quietis anhelantes reuertamur ad ciuitatem celestem: in qua scripti sumus et ciues decreti. **S**icut ergo ciues sanctorum et domestici dei: et sicut heredes dei: coheredes autem christi: vt ad deum cito peruenire valeamus. **S**i queras quomodo hoc fieri potest: vel quibus meritis vel auxilijs. **A**udi. **R**es ista posita est in voluntate facientis: quoniam regnum celorum vim patitur. **R**egnum celorum o homo aliud non querit precium nisi teipsum. **T**antum valet quantum es. **T**e da: et habebis illud. **Q**uid turbaris de precio? **C**hristus semetipsum tradidit vt acquireret te regnum deo patri. **I**ta et tu temetipsum da vt sis regnum eius. ac non regnet peccatum in tuo mortali corpore: sed spiritus in acquisitione vite. **O** anima peccatrix et misera: si hec tibi que iam dixi de gaudijs et excellentijs quibus sancti et electi dei in eternum gaudebunt in regno celorum non te moueant ad promerendum per penitentiam et per opera virtutum seu virtuosam cum dei gratia regnum celeste: timeas et paucas: atque timendo considera miserabiles conditiones et penalitates inferni: ciuitatis diaboli: vt timore et pauore resurgas et conuertaris ad dominum deum tuum toto corde. **D**e quibus penis sciendum quod cum in damnatis sit diuersitas peccatorum: erit etiam diuersitas penarum. **U**nde **G**regorius. **U**nus quidem gehenne ignis credendus est: sed non vno modo cruciat omnes peccatores. **U**nusquisque enim quantum exigit culpa: tantum sentiet de pena. sicut ab eodem igne aliter vritur palea: aliter lignum: aliter ferrum. **I**ste ignis taliter inflammatus est: et ab ira iudicis succensus: quod nouo incendio non indigebit vsque in sempiternum. **J**ob. vicesimo primo. **D**euorabit eos ignis qui non succendetur. **D**e acerbitate huius ignis dixit beatus **S**ebastianus cui angelus ad aurem stabat: quod ignis iste sensibilis sic se habet ad ignem gehennalem: sicut ignis in pariete depictus ad istum sensibilem. **D**e isto igne secundum **I**udeum. **I**dem. erit in inferno aliquid obscuri luminis quo damnati

videre possint vnde doleant non vnde letentur. **E**os quippe quos reprobī nunc inordinate diligunt: secum tunc in tormenta videbunt vt penam pprie cognitionis exaggeret carnalis cognatio auctori preposita: pari vitio ante oculos damnata. **H**ic solet queri an damnati videant gloriam sanctorum. **A**d hoc respondet **G**regorius. in **D**melia de diuine epulone sic dicens. **C**redendum est: q̄ ante retributionez extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt: vt eos videntes in gaudio: non solum de suo supplicio: sed etiam de illorum bono crucientur. **I**usti vero in tormentis semper intuentur iniustos vt hinc eorum gaudium crescat: quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt: tantoq̄ maiores ereptori suo gratias referant: quanto vident in alijs quod ipsi perpeti si essent relictī potuissent. **E**t vt idem alibi ait. **N**ō fuscabit beatitudinem beatorū: pena aspecta reprobū. quoniam vbi iam compassio miserie non erit: beatorum leticiam minuere non valebit. **E**t si enim in natura sue bonitatis misericordiam habent: iam tunc auctoris sui iusticie coniuncti tanta rectitudine coniungentur: vt nulla ad reprobos compassione moueantur. **U**nde dicit **P**rosper. **Q**uando tunc filiorum parentum et coniugum miseria beatos contristare non poterit. **V**idebunt autem damnati beatos ante diem iudicij non hoc modo q̄ gloriā eorū qualis sit cognoscant sed solūmodo cognoscent eos esse in gloria quadā inestimabili: et ex hoc cruciabuntur: tum p̄pter inuidiā dolentes de felicitate bonorū: tum p̄pter hoc q̄ ipsi talem gloriā amiserūt. **S**ed post diē iudicij oīno beatorū visione priuabunt nec tñ ex hoc pena minuetur: sed augetur: q̄ memoriā habebūt glorie beatorum: quā in iudicio vel ante iudiciū viderunt et hoc erit eis in tormentum. **S**ed vltius affligentur in hoc: q̄ videbūt se indignos reputari etiā gloriā videre: quā sancti merentur habere. **I**tem p̄t queri an damnati videant ea q̄ in hoc mundo aguntur. **A**d hoc respondet b̄tus **G**regorius. in. xij. moralium. p̄tractans illud **J**ob. ix. siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles non intelligit: ita dicens. **S**i hi qui adhuc viuentes sunt: mortuorū anime quo loco babeantur ignorant:

ita mortui: vita in carne uiuentium post eos qualiter dispo-
natur nesciunt: qz vita spiritus longe est a vita carnis. **Q**uod
tamen de animabus sanctis sentiendum non est: quia que in-
tus omnipotentis claritatem vident: nullo modo credendus
est quia sit foris aliquid qd ignorant. **B**oni ergo vident que
fiunt circa suos: mali autem non. **E**t si dicas: magis distat
a damnatis gloria beatorum qm ea que in mundo aguntur.
sed ipsi non vident ea que circa nos aguntur: ergo multo mi-
nus possunt videre gloriam beatorum. **D**ico. **E**a que hic agun-
tur non ita affligerent damnatos in inferno si viderentur: si-
cut gloria sanctorum inspecta. **U**nde non ita ostenduntur da-
mnatis ea que hic aguntur sicut gloria sanctorum. qmuis etiam
aliqua eorum que hic aguntur ostendantur eis: ea scilicet que
in eis tristitiam augere possunt: licet per se non videant. **I**tem
queritur vtrum damnati in inferno: velint omnino alios esse
damnatos. **A**d hoc dico: qd sicut in beatis in patria erit perfe-
ctissima charitas: ita in damnatis erit perfectissimum odium.
Unde sicut sancti gaudebunt de omnibus: ita mali de omni-
bus bonis dolebunt. **U**nde felicitas sanctorum considerata
eos maxime affligit: vnde vellent omnes bonos esse damna-
tos. **T**anta enim erit inuidia in damnatis: qd etiam ppinquo-
rum glorie inuidebunt: cum ipsi sint in summa miseria: cum
etiam in hac vita hoc accidat crescente inuidia. **S**ed tamen
minus inuidet ppinquis qm alijs quia maior esset eorum pe-
na si omnes ppinqui eorum damnarentur: et alij saluarentur
qm si alqs de suis ppinquis saluaret. **E**xinde fuit: qd diues pe-
tuit fratres suos a damnatione eripi. **S**ciebat enim qd aliqui eri-
perentur: maluisset tm fratres suos non cum omnibus alijs da-
mnari. **E**t scias qd qmuis ex damnatorum multitudine pena sin-
gulorum augeat: tm tantu superescit odiu et inuidia: qd ma-
gis eligant torqueri cum multis: qm minus soli. **Q**ueri etiam
pt: an mortui: maxime damnati sciut vel recordentur ea qd hic
sciuerunt. **A**d hoc dico: qd in damnatis erit psideratio eorum qd
prius sciuerunt: vt materia tristitie non aut vt delectationis
causa. **C**onsiderabunt etiam et mala que gesserunt: ex quibus da-
manati sunt: et bona qd amiserunt: et ex vtroqz torquebuntur:

Preterea scias q̄ duplex pena in genere erit in inferno: scilicet pena damni: et pena sensus: quas tangit christus. **M**atth. vij. vbi dicit. **O**mnis arbor qui non facit fructū bonum: excidetur et in ignem mittetur. De pena sensus que multo ^{peius} est. sic dicit b̄tus **G**regorius. sup̄ illud **M**atth. viij. eijcietur in tenebras exteriores. In inferno erit frigus insuperabilis: ignis inextinguibilis: vermis immortalis: fetor intolerabilis: tenebre palpabiles: flagella cedentū: horrida visio demonum: cōfusio peccatorū: et desperatio oīm bonorū. Itaq̄ damnati erunt pleni omni miseria et dolore. Habebunt enī fletum in oculis: stridorē in dentibus: fetorem in naribus: gemitum in vocibus: terrore in auribus: vincula in manibus et pedibus: ignisq̄ ardorem in membris suis omnibus. Unde quidā ait. Infernus est fouca mortifera: penis omnibus et miseris referta. Ibi vt scribitur **E**saie. xij. Unusquisq̄ ad primū suum stupebit faciesq̄ combuste vultus eorum. **B**aruch. vi. Fligresunt facies eorū a fumo. Nam omnes vultus peccatorū redigentur in ollam. vt habetur **J**obelis. ij. **I**tem acerbitas penarum infernalium p̄t considerari ex fletu et stridore dentium: ex desiderio mortis: ex manducatione linguarū: et blasphemia creatoris: et ex multis alijs his similibus. que oīa ibidē sunt ventura. vt patet ex locis varijs scripturarū. **U**n̄ **A**pocalip̄. xvi. **C**ōmederunt linguas suas pre dolore: et blasphemauerunt deum celi pre doloribus et vulneribus suis. **T**anta erit acerbitas penarū q̄ peccatores vita quam omnes appetunt sp̄reta et cōtempta: mortē quam omnes fugiunt ardenti desiderio affectabunt. **A**pocalip̄. ix. In diebus illis querent hoīes mortem et nō inuenient eam: et desiderabūt mori et fugiet mors ab eis. **C**risostomus. Ibi quid agemus? **Q**uid respondebimus? **N**ihil erit ibi nisi stridor dentium: nisi ululatus et fletus: et sera penitentia cessantibus vndiq̄ auxilijs: et vndiq̄ inualescentibus penis. sed nec solacium vsquam vllum. **N**ulli enī occurrent oculis n̄ris nisi solum penarū ministri: et facies vndiq̄ duratorum: et quod est oīm deterius: nec aeris ipsius vllum erit solaciū aut lucis. In his aut̄ positis: quis tremor immo que resolutio viscerū est diuulsioq̄ membrorum. que aut quante

omnibus sensibus crucis: nullus poterit nunc sermo explicare.
De pena damni sic dicit Crisost. Nonnulli imperitorum pu-
tabunt sibi esse satis et optabile videri si gehenna careat. Ego
autem multo quam gehennam dico esse cruciatus: remoueri et
ab illa gloria: excludi ab illis bonis que preparata sunt
sanctis. Intolerabilis quidem res est gehenna: et supplicium
illud horribile: tamen si mille aliquis ponat gehennas: nihil
tale diciturus est: quale est a beato illius glorie honore pro-
pellit: odio christi haberi: et ab illo audire: non noui vos. Etenim de
cem milia melius est sustinere fulmina quam vultum illum man-
suetudinis pietatisque plenum: nos aduersantes videre: et illos
ocius tranquillitatis oculos nequaquam nos aspicere sustinen-
tes. Sed nequaquam illud patimur o virginite filii dei: neque ex-
periamur intolerabile illud horrendumque supplicium. hec Crisost.
De nobis quia de his malis non cogitamus: sed quasi securi
torpentes: et anime curam negligentes: ad hec sine cessatio-
ne speramus. Sed diceret forte aliquis. Videt quod iniustus
est deus. quia homo pro vno peccato mortali: vna hora per-
petrato eternaliter punitur. Hanc questionem mouet Grego-
rius. et soluit sic. Scire inquit Petrus velim: quomodo ius-
tum sit: ut culpa que cum fine perpetrata est: sine fine puniatur
Et respondet Gregorius. Hoc recte diceretur: si districtus ius-
dex non corda hominum sed facta pensaret: quia cum fine vixerunt.
Nam voluissent utique si potuissent sine fine viuere: ut potuis-
sent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper
uiuere cupiunt qui nunquam peccare cessant dum viuunt. Ad ma-
gnam ergo iusticiam iudicantis pertinet ut nunquam careant sup-
plicio: qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato: et nul-
lus detur iniquo terminus ultionis: qui quam diu vixit noluit ha-
bere terminum criminis. **A**lia ratio quare peccatum mor-
tale obligat ad eternam penam potest sumi ex parte eius in
quem peccatur: qui est infinite bonitatis et potentie scilicet de-
us. Unde et offensa ipsius infinita pena digna est. quia quan-
to est maior in quem peccatur: tanto magis peccatum punis-
tur. secundum philosophum. vi. Ethicorum. Et Crisost. dicit. Omnis inius-
tia talis est: qualis fuit persona patientis iniuriam. In magna

enim psona: et si modica fuerit iniuria facta: magna est. in m
dica autem persona: et si magna fuerit iniuria facta: medie
esse videtur. **D**ec omnia dilectissime mihi cognosce
corde iugiter recolens esto sollicitus de salute tua: et
num et crudele infernale supplicium respice. **I**
ipso que sunt utilia et salubria anime tue. **Q**ui
presenti seculo p peccatis plangere: et penite
secrare: aut ibi in eternum ignem sine ali
In hoc enim breui tempore per penite
dulgentiam consolationemq; mer
dicum: vt ne plangas ibi in secul
ne ibi humiliaris in exterioribus t
inextinguibilem. **B**eatus ille qui h
die iudicij dignus inueniri. **M**iserab
se indignum a gloria domini cōstitu
rapiunt omnes sanctos sursum in cel
aboli rapiunt mittere in caminum
bit capiti meo aquam in mensam:
chrymarum iugiter emanante
et nocte: obsecras **D**omi
ra aduentus eius: et
dam. **D**iscede a me o
Quod a nobis auer
uit et regnat eternalit

Speculum ho
scdm septem fer
litem anime leg

om

C
tab

Quis. In
illud horribile: et
tale dicitur est: quia
odio christi haberi: et ad
cem milia melius est sustinere
suetudinis pietatisque plenum
otius tranquillitatis oculo
tes. **Sed** nequaquam illud pati
periamur intolerabile illud
De nobis quia de his ma
ri torpentes: et anime curam
ne speramus. **Sed** diceret
est deus. quia homo pro vno
peccato eternaliter punitur.
rius. et soluit sic. **Scire** inquit **Petrus**
stum sit: ut culpa que cum fine perpetrata est: si
Et respondet **Gregorius**. **Hoc** recte diceretur
der non corda hominum sed facta pensaret: quia et
Na voluissent utique si potuissent sine fine
sent sine fine peccare. **O**stendunt enim qui
vivere cupiunt qui nunquam peccare cessant
gnam ergo iusticiam iudicantis patinet ut in
plicio: qui in hac vita nunquam voluerunt car
lus detur iniquo terminus ultionis: qui quod
bere terminum criminis. **A**lia ratio quod
tale obligat ad eternam penam potest sur
quem peccatur: qui est infinite bonitatis et
us. **U**nde et offensa ipsius infinita pena do
to est maior in quem peccatur: tanto magis
tur. secundum philosophum. vi. **E**thicoz. **Et** **Crisostomus**.
ria talis est: qualis fuit persona patientis iniuri

~~3.~~
Schlussittel:

Concilium hoc abominabilem pontificem
hunc papam || quem papam hunc
miseri christi ad hoc || hunc
hunc hunc hunc. Sicut solent.

Drucker: Speyer: Peter Drach.







